

A 231  
5

Aufw. Sammelbd. 2. Bd.

Hist.

III. c. 0.

CXXXIV

~~XXXIV~~  
כסד

i

9

748

DISSERTATIO HISTORICO-CRITICA  
DE

# EVANGELIO S. MARCI,

QUAM

ASSISTENTE DIVINA GRATIA,  
CONSENSU AMPLISSIMI PHILOSOPHO-  
RUM CONCILII,

PRÆSIDE

M. HENRIC. CHRISTOPH.  
SCHNERINGIO,

VISSELHOEVEDA - VERDENSI,

IN ILLUSTRIS ACADEMIÆ GRYPHICÆ AU-  
DITORIO PHILOSOPHICO

D. XI. JUN. A. O. R. MDCCX.

PUBLICÆ AMICÆQUE ERUDITORUM VENTILA-  
TIONI EXPOSITURUS EST

RESPONDENS,

HENRIC. MATTH. VVACKENRODERUS,

RUGUS,

S.S. THEOL. ET PHILOSOPH. STUD.

---

GRYPHISWALDIÆ,

Typis CAROLI HÖPFNERI, Reg. Acad. Typogr.

V I R O  
PLURIMUM REVERENDO, CLARIS-  
SIMO, DOCTISSIMO,  
DOMINO  
M. ERN. HENR.  
WACKENRODERO,  
ECCLESIAE, QUÆ TRIDENTI IN RUGIA DEO  
COLLIGITUR, PASTORI FIDELISSIMO,  
MERITISSIMO,  
PARENTI SUO QUAVIS FILIALI  
OBSERVANTIA *ἀδιαλείπτως* DEVENE-  
RANDO,  
PRIMITIAS HASCE ACADEMICAS DEVOTA MENTE  
OFFERRE VOLUIT, DEBUIT  
RESPONDENS,  
H. M. VVACKENRODERUS,  
S. S. THEOL. ET PHIL. STUD.



מושיעני כחי שדי:  
הקרמו:



Um haud ita pridem Praesidente Magnifico ac Maxime Rev. Dn. D. *Joh. Fehrio*, incomparabili Academiae Rostochiensis, & totius Ecclesiae orthodoxae fidere, quod DEUS fervet, Patrono ac Praeceptore nostro, quem ut Parentem summa pietate veneramus, in dissertatione nostra

Exegetico-Theologica (a) spe & promissis B. L. tenuimus, nos ea omnia, quae tum temporis de scriptore sacro, Evangelista Marco, insinuat, tantum fontibus ea de re selectissimis relegendis quam brevissime diximus, occasione data aliquantulum prolixius velle deducere atque communicare, in praesentiarum & nunc ad effectum, dum occasio jamjam nobis suppeditatur, perducere animus fert. Et quidem id eo magis nobis efficiendum esse autumavimus, eo quod consideratio circumstantiarum, prout ab Exegetis vocantur, externarum, quae ante alicujus textus vel libri aggressionem sedulo expendenda, futurae exegetis & interpretationi plurimum lucis soleat accendere, ceu id consentiente ore Philologi accurati profitentur omnes, quos in disputatione nostra (b) prolixius videre licet, cujusque rei specimen luculentum & peregrinum quoad N. T. (c) (utinam & quoad V. T. ! quod tamen quoad libros Historicos V. T. jam promissum vidimus, (d) ) Theologus accuratissime doctus, Magnif. Dn. D. *Zach. Grapius*, Patronus atque Praeceptor noster perpetim colendus, cui pro accessu ad egrigiam ipsius Bibliothecam ac innumeris aliis favoris speciminibus aeternas summa cum observantia debemus grates, ante aliquot annos suppeditavit. Ut *Joh. Henr. Heideggeri*, (e) *Joh. de la Hays*, (f) aliorumque hac in re passim operam silentio praetervolemus. Sane uti omnem, quem quis interpretandum legendumve suscepit autorem, cognitum habere conveniat, tum in primis Evangelistas, in quibus nihil est, quod cognitum non possit & Autorum scripta magnopere commendare, &

omnem in iis explicandis legendisque impensum laborem reddere leviozem. Equidem fatemur, Evangelistarum scripta non indigere ulla ex ipforum personarum sumta commendatione, cum per eos omnes idem Sp. S. locutus fuerit; nihilo tamen minus & animadvertimus, ex proprio etiam ingenio ejusque, ex genere, educatione & studiis aliquid non majoris fidel, sed majoris in dicendo gratiæ, & non plus sanctitatis, sed plus coloris & plus ad movendum lectorem roboris accedere. Servit enim gratiæ natura & sanctorum lingua, quæ Spiritus S. tanquam scribæ velociter scribentis, calamus est, etsi omnem ab eodem Spiritu motum habet, tamen & ipsa aliquid facit. Nam plurimi refert, quali utatur calamo optimus etiam quisque scribendi magister. Vid. de his *R. P. Job. de la Haye. (g)* Explicare igitur ea, quæ veteres de Evangelista nostro Marco nobis tradiderunt, animum in nostrum, & quidem id eo magis, cum Marcus noster minus, quam cæteri Evangelistæ, notus fuerit, hac vice induximus. Cave autem nobis negotii datum existimes, quisquis es lector, ut in argumento hocce ex vetustate depromto, & sparsim à scriptoribus passim considerato omnia fufe & minutim exequamur, id enim nec nostri otii, nec thesium, quæ in solem & pulverem dantur, ratio patitur, quin nobis belle officio functi videbimur, si, quæ sunt præcipua nostro de Evangelista Marco, cursim perstrinxerimus, plurimaque silentii nubibus involverimus. Quæ vero à B. L. æquo animo accipiantur, & sicubi forte rem non recte tetigerimus, imbecillitati ingenii condonetur, est quod non sine insigni humanitate ab eodem sollicitamus. Tu vero, ô Æternus Numen, concedas nobis gratiam, & cœptis nostris benigne annuas, eademque in Nominis Tui immortalem gloriam & rei literariæ commodum cedere jubeas! Amen.

(a) De Christo à cognat. ob eccliam retento ad illustrand. Marc. III. 21. *Rostoch. hab. 1709. sect. 1. §. 1. p. 7.* (b) *l. c. §. 1. p. 6.* (c) in elegantissimo nitidissimoque *Colleg. Isagog. MSio in N. T. 1705. hab. Add. & Dn. D. Gränenb. qui pariter Colleg. Oeconom. in N. T. habuit.* (d) in *Catalog. lectio. publ. & privat. Rostoch. 1709.* Quod & jam, ceu narratum mihi est, quoad libros Historicos & Prophetas Majores ante aliquot annos à *Dn. D. Gränenb. præstitum.* (e) in *Enchirid. Bibl. ed. Tiguri 1703. 8.* (f) in *appar. Evangel. ed. Colon. 1611. 4.* (g) *l. c. cap. 44. p. 175. sqq.*

## TRACTATIO IPSA.

## §. I.

**I**N nominis etymologiam ut non nihil curatius inquiramus, cum nomina plerumque sint involucri rerum, necessitas omnino requirere videtur. Sic namque statim circa ipsum *Marci nomen* variae sese difficultates, sententiarumque inter eruditos magnaeque autoritatis Philologos divortia offerunt, quæ, quoniam utilitate sua haud destituuntur, in antecessum enodanda erunt. Nonnulli nomen *Marci* volunt esse *Hebraum*, deducentes illud à מרק *polivit, tersit, abstersit, fabricavit rubiginem*, adeo ut *Marcus* idem sit, ac limatus, mundus, politus, fabricatus, h. e. à rubigine abstersus, tersus, em recter *Marcsmann/merckwürdiges Mann*. Quæ sententia Jesuitæ illi, notissimo scripturarum interpreti, *Cornelio Cornelii à Lapide, (r) Becmanno, (b) Chyreo, (c) Georg. Pasori, (d) J. F. Kittelmanno (e)* placet. Vid. de hoc immortalis nominis Theologus *B. Dn. D. Dorfscheus, (f) Dn. D. Grapius, (g)* & qui hunc significatum rejicit, *Job. Leusdenius. (b)* Idem & ferme *Petr. Kirsenius, (i)* Medic. D. sentire videtur, qui derivat nomen *Marci* ab antea jam dicta radice & quidem Arabica, מרק *succum exprimere, sive colare, percolare* significante, unde vox, succosum sonans; poterit itaque *Marcus* vel colatum sive purificatum, vel etiam succosum denotare, quod tamen longe quæsitum esse putat *Dn. D. Dorfscheus. (k)* Alii tamen sunt, putantes nomen hocce potius esse *Latinum*, deductum à mente *Martio*, quasi dicatur, quod mensè isto sit natus, ceu testatur *Carolus Sigonius (l)* & *Protheus ap. Dn. D. Grapium, (m) B. D. Chyreus, (n) Jac. de Voragine. (o)* Conf. *Georg. Pasor (p)* & *Leusden. (q)* Adhuc alii volunt conjectando, *Marcum* habuisse nomen *Hebraum*, à Latino illo non plane abluens, & cum Latino illo post commutasse: ita *Jobus Oniæ* frater *Jafon*, *Saulus Paulus* dictus, & quibus hodie *Mardocheus* nomen est, illi *Marci* appellantur. Vid. *Job. Henr. Heideggerus (r)* & *Dn. D. Pritius, (s)* Cui & sententiæ adstipulatur illud eruditionis religionisque delirium, *Hugo Grotius. (t)* Adhuc alii interpretantur *Marci* nomen, *subtilem, excelsum mandato, excel-*

sum modulo, ut Hieronymus, (u) Damianus, (x) Isidorus Hispalensis, (y) Hugo Cardinalis, (z) Claudius de Roia ap. Job. de La Haye, (aa) quique & ipse illis assentitur, putatque, satis accommodata fieri, quod tamen Adamus Contzen, (bb) quid sibi his voluerint, conijcere non valet, asserendo, posse quidem ex Hebræo inveniri significationem, si à מַרְסָּוּ iv. מַרְסָּוּ & מַרְסָּוּ deducatur, sed Marum cum dicendus esset in nominandi casu, non Marcus. Ut jam silentii nubibus aliorum quam plurimas sententias involvamus, prout Anastasii Sinaitæ, (cc) aientis: Marcus dictus est donum vitæ; Cornelii à Lapide, (dd) Buxtorfii (ee) à מַר & מַרְסָּוּ i. e. Dominus calicis, quæ longissime petita & delirio fere proxima, judicante Dorscheo; (ff) Dav. Chyrcæ, (gg) Anton. Augustini (bb) à mare; Isidori Hispalensis, (ii) putantis, Marcum dici quasi malleum majorem ad percutiendum, sed quo latino autore id habuerit, ignotum, vel aliorum à mare, vel à mas maris nomen non adeo improbabiler deducendum, & quæ sunt id genus alia. Vid. Dav. Chyrcæ, (kk) Dorscheus, (ll) Corn. à Lapide, (mm) alique. In quibus vero sententiarum divortiis nullius vestigia accurate veneramur, sed incerta hic omnia esse potius pronuntiamus. An vero Marcus noster binominis fuerit, & idem ille, cujus mentio fit Act. XII. 12. XV. 37. XIII. 5. 13. add. & 2. Tim. IV. 11. Coloss. IV. 10. & Johannes vocetur, adeoque matrem habuerit Mariam? pariter in quæstione, & miri dantur Philologorum æstus. Sunt tum ex antiquis, tum ex recentioribus, qui opinantur. Ex antiquis fere omnibus hæc sententia arridet, ceu Theophylacto, (nn) Nicephoro, (oo) Hieronymo, (pp) Dorotheo, (qq) Oecumenio, (rr) Gregorio Cortesio, (ss) Clementi Romano, (tt) Theod. Studita, (uu) Alexandro Monacho, (xx) Damiano, (yy) Victor. Antiocheno, (zz) Euthymio, (aaa) græcisque interpretibus plerisque. Vid. Dan. Tossanus. (bbb) Ex recentioribus hic spectat Fevardentius, (ccc) Henric. Mauroius, (ddd) Sixus Senensis, (eee) Witrakerus, (fff) Leusdenius, (ggg) Kirstenius, (hhh) Dav. Pareus, (iii) Arcularius, (kkk) Centuriatores Magdeburgenses, (lll) Chemnitius, (mmm) Winckelmannus, (nnn) Dorscheus, (ooo) Chyrcæus, (ppp) Ægid. Gumbirius, (qqq) imo plerique magni nominis Exegetæ. Conf. immortalis gloriæ Exegetæ, B. Weinrichius. (rrr) Add. & Job. Henr. Ottius, (sss) alique. Quibus & adhuc adstipulatur Theologus Anglus magni nominis vir, Job. Ligbfootus, (ttt) & ex recen-



centissimis, *Job. Millius. (uuu)* Ut alios nunc taceamus. *Alii* tamen hęc contradicunt & maxime dubitant, putantes, id ultra verisimilitudinis spheram ascendere, meliusque esse, si dicamus, illos esse diversos. Ea in opinione versantur *Eusebius, (xxx)* *Hieronymus, (yyy)* *Basilius, (zzz)* *Anselmus, (aaaa)* *Hippolytus, (bbbb)* *Ifidorus, (cccc)* *Lorinus, (dddd)* *Cornelius à Lapide, (eeee)* *Ad. Contzen, (ffff)* *Job. Maldonatus, (gggg)* *Baronius, (hhhh)* *Estius, (iiii)* *Steph. Menochius, (kkkk)* *Jac. Tirinus, (llll)* *de la Haye, (mmmm)* *Biblia Moguntina, (nnnn)* *Carol. Maria de Veil, (oooo)* *Balduin. Waleus, (pppp)* Quibus & addit quoque suam symbolam doctiss. *Hugo Grotius, (qqqq)* & ex nostris *Celeb. quondam Dn. D. Jtigius, (rrrr)* *Job. Gerhards, (ssss)* *Dn. D. Grünbergius, (tttt)* *M. Otto Ursinus, (uuuu)* *Kittelmannus, (xxxx)* aliique. Quorum rationes, cum brevitati studemus, omitimus, & *Φιλομαθῆ* lectorem, easdem legere aventem, ablegamus ad fontes, eas abunde suppeditantes, ut sunt *Waltherus, (yyyy)* *Calovius, (zzzz)* *Dorscheus, (aaaaa)* *Grapius, (bbbb)* *Prius, (cccc)* *Ursinus, (dddd)* *Heideggerus, (eeee)* *Polus, (ffff)* *Wolzogenius, (gggg)* aliique. Adde & in genere hac de controversia *Frid.* (non vero *Job. Frideric.* uti in nuperrima nostra disputatione ex typographi incuria irrepit) *Balduinum, (hhhhh)* qui pariter nostrum Evangelistam ab illo, de quo Act. XII. sejungit, illum vero cum eo, de quo Paulus in Epistolis loquitur, conjungit. Censent igitur isti Marcum nostrum fuisse illum, cujus meminit Petrus i. Petr. V. 13. ubi & eum filium appellat sive propter summum & plane paternum amorem, ceu vult *Petr. Damianus, (iiii)* *Damasus, (kkkk)* *Beda, (llll)* *Baronius, (mmmm)* *de la Haye; (nnnn)* sive quod probabilius est, quia eum in Christo per prædicationem genuerat: ut & Paulus Corinthios, Galatas, Timotheum, Titum, Onesimum filios suos vocat i. Cor. IV. 15. Gal. IV. 19. i. Tim. I. 2. Tit. I. 3. Phil. II. 10. Conf. *Procopius & Chartophylax, (oooo)* *Hieronymus, (pppp)* *Polus, (qqqq)* *Wolzogenius, (rrrr)* *Ursinus, (ssss)* *Förterus, (tttt)* *de Veil, (uuuu)* *Maldonatus, (xxxx)* *de la Haye, (yyyy)* quæ sententia & *Dorscheo (zzzzz)* probatur: vel ut eruditi ratione non improbabili existimant, dicente *Prius, (aaaaa)* eum à Petro fuisse conversum, qui eum inde appellaverit filium. Conf. & *Grapius, (bbbb)* *Heidegger. (cccc)* & prolixè de his omnibus *de la Haye, (dddd)* ibique longo ordine recen-

recensiti. Vid. & *Kittelmanus*. (cccccc) Sed quicquid hujus rei sit, quisque suo abundet sensu, rem sic fati dubiam, & multis tricarum molestiis & conjecturis involutam potius hac vice in medio relinquere, quam temere aliquid determinare in animo habemus.

- (a) *Argum.* in *Ev. Marc.* ubi & *Pagninum* addit p. 571. ed. *Antwerp.* 1594. fol. Vide de commentariis hujus eruditorum datas sententias in *pecul. exercit. Theol.* 1699. *Lips.* hab. 4. *D. Georg Götzii in Meletematib. Annabergens.* n. 6. p. 284. *inpr.* §. 8. p. 307. *sqq.* *Lubec.* & *Lips.* 1707. 8. Conf. & hic dissert. nostram *Exegetico-Theolog.* de *Christo a cognatis ob eccliam retento Sect. VI. qu. II. §. 3. not. m. p. 78.* [b] in *Originib.* [c] in plane nitidissimo scripto de studio *Theol.* recte imboando & aliis aliquot utilibus in *vita Marci commonefaction.* p. 77. *Witteb.* 1578. 8. [d] in *Etym. nom. propr. annex. Lexic. in N. T. Græco-Lat.* p. 51. *Herborn. Nassov.* 1563. 8. (e) in *de Evangelistar. & Apostolor. nominibus &c. brevi Latino-Germanica narrat.* in *vita Marci qu. 17. p. 17. sqq.* *Jen.* 1709. 8. (f) *Com. in 4. Ev. in proleg. Marc.* p. 474. *sq.* ed. *Hamb.* 1706. Cujus elogiorum fontes vid. citatos in *dissert. nostra Sect. 1. §. 1. n. o. p. 9. & Sect. 4. §. 3. n. u. p. 41 sq.* [g] in nitidissimo *Colleg. Ifagog.* in *N. T. c. 1. §. 1. p. m.* [h] in *Philol. Hebr. Græc. dissert.* 18. *Sect. 1. p. 141.* *Ultraj.* 1481. 4. [i] in *Vitis Evang. IV. ex antiquissimo codice Arabico Casario erus. in vita Marci* p. 33. *Breslæ* 1608. fol. [k] *l. c.* p. 475. [l] in *libell. de Nominib. Romanor. ap. Dorfb.* *l. c.* [m] in *Colleg. MS. Ifagog.* in *N. T. l. c. §. 1.* [n] *l. c.* p. 77. [o] *ap. Kittelman. l. c.* [p] in *Manual. Græc. voc. N. T. in nom. propr. N. T.* p. 511. ed. *Lugd. Bat.* 1634. 12. & in *Etymol. nom. propr. annex. Lexic. in N. T. l. c.* [q] *l. c.* p. 141. [r] in *Enchirid. Bibl. l. 3. c. 3. n. 2. p. 466.* [s] in *introd. in N. T. lectio. c. 13. §. 2. p. 119. ed. Lips.* 1704. 12. [t] vid. *ejus præloq. in Bibl. Illustr. magni Calovii T. 3. p. 479. fol. Franc. ad Mon.* 1672. Quo de viro & vide limatissimum judicium *Monf. de Vigneul Marville in Melanges d'histoire & de litterature vol. 1. p. 5. & Meelfubrer in Consens. Ver. Ebr. cum Eccles. Christi.* §. 17. p. 21. & *nostra dissert. Sect. 4. §. 6. p. 46. & p. 48. n. e.* Tu adde adhuc de vita ejus, aliisque *Dictionaire Historique par Monf. Bayle Tome seconde* p. 1402. *sqq.* à *Rotterd.* 1702. fol. & *le Grand Dictionaire Historique par Mr. Louys Morery tom. troisiem.* p. 91. à *Amsterd.* 1698. fol. *Job. Gottfr. Olearius in Biblicis Theoretico-Practicis Annotat. in append. memorabil. de variis scriptorib. judicior. in liter. H. ibique citat. Hale Magdeb.* 1700. 4. *Dn. D. Herm. Christoph. Engelcken in dissert. an Pythagoras profelytus factus* §. 7. p. 27. *not. d. Rostoch.* 1703. & in *dissert. sub tit. lux in tenebris oriens per exposis. obscuri oraculi Hoseani c. 13. 9. de Deo Israelis &c. Sect. 2. §. 15. p. 20.* ibique allegat. *Rostoch.* 1709. [u] in *fin. comment. in ep. ad Philem.* vid. *Kittelman. in vita Marci* §. 1. p. 14. [x] *Serm. de S. Marco* [y] *Etymologiar. sv. origin.* l. 7. c. 9. (z) vid. *Ad. Con-*  
220

12en Com. in 4. sancta J. C. Evangel. de Ev. Marc. qu. 2 §. 2. p. 596. Col. Agripp. 1626. fol. (aa) in Appar. Evangel. c. 51. p. 191. (bb) l. c. p. 596. (cc) vid. de la Hays l. c. p. 191. (dd) l. c. p. 571. (ee) in Lexic. p. 483. & 406. Elogia ejus suppeditat Eduard. Leigh. in Critic. S. Præfat. ad Lect. fol. c. 2. lit. s. [ff] l. c. (gg) l. c. p. 77. [bb] ap. Dorsieb. p. 476. l. c. (ii) in Originib. l. 19. c. 7. [kk] l. c. p. 77. [ll] d. l. p. 476. (mm) l. c. p. 571. sq. [nn] Enarrat. in Marc. p. 497. ed. opr. Basil. 1554. [oo] T. II. Opp. c. 15. p. 106. Basil. 1553. [pp] in Epiff. ad Philem. vid. B. Quistorpij ad Philem. Epistol. Comment. Analyt. v. 24. p. 27. Rostoch. 1644. 4. [qq] in Synops. S. S. (rr) in c. XII. & XV. Act. & 1. Petr. c. ult. [ss] Con. Persuas. diffus. ult. (tt) Constitut. Apostol. l. 2. c. 17. 61. (uu) in quad. epistola quam recitat Baronius T. IX. Annal. Eccles. Antwerp. 1670. fol. (xx) in vita S. Barnaba ap. R. P. Fr. Laurent. Surium de Probatis Sancto. Vitis Junii die XI. T. II. p. 171. ed. Col. Agripp. 1648. fol. (yy) in Serm. de Marco ap. Surium l. c. T. II. p. 323. [zz] in Marc. [aaa] Proem. in Marc. [bbb] Vol. I. Opp. Theol. Prælect. in Act. p. 283. Hanov. 1604. 4. [ccc] in 1. Ep. Pet. V. 13. [ddd] in Apol. [eee] Biblioth. S. l. 1. Sect. 1. p. 21. Colon. 1626. 4. vid. de eo elog. & varia alia ap. Illustr. Dn. D. Mayerum in Bibliothec. Biblic. dissert. 3. p. 1. sqq. Conf. & hic judic. Celeb. Polyh. Thom. Grenii in Exercitat. 3. de libr. scriptor. optim. n. XI. p. 27. Lugd. 1705. 8. (fff) T. II. Opp. p. 597. f. a. [ggg] l. c. p. 141. bbb) l. c. n. 1. p. 32. iii) Opp. Theol. Exegetic. T. I. P. 3. in Ev. Marci p. 253. Franc. 1647. fol. kkk) Com. in Act. 12. ed. 8. III) Cent. 1. l. 3. c. 10. p. 468. f. ed. Basil. 1624. fol. mmm) in Harm. Prolegom. p. 30. ed. Franc. & Hamb. 1652. fol. nnn) Comm. in Marc. Proleg. p. 1. sq. Franc. 1652. 8. ooo) d. l. ppp) l. c. qqq) in Catalog. Nom. Propr. & Gentil. N. T. Syriac. in b. nom. annex. N. T. Syriac. ed. Hamb. 1563. 8. rrr) in Epp. Paulin. in ad Coloss. IV. p. n. 226. & 2. Tim. IV. p. 215. sq. P. 4. ed. Lips. 1676. 4. sss) in Exam. ad Annal. Baron. ad ann. 45. §. 21. p. 252. Tiguri 1678. 4. ttt) T. II. Opp. p. 115. ed. Roterd. 1682. fol. Elogia hujus viri dantes fontes vid. in Dissert. nostra Sect. I. §. 1. p. 9. not. pp. & Sect. IV. §. 6. p. 48. not. l. uuu) in Proleg. ad N. T. cum lection. variant. & p. 12. ed. Oxon. fol. 1707. xxx) in Catal. Scriptor. Eccles. in Marco & Barnaba p. 33. ed. Col. Agripp. 1657. 8. zzz) l. 5. contr. Eunomium. aaaa) in c. IV. ad 2. Tim. bbbb) de Septen. ag. Discip. ceccc) lib. de Vitis & Obitu Sancto. dddd) Comm. in Act. XII. 12. p. 401. ed. Col. Agripp. 1621. fol. eeee) in Ev. Marci p. 571. ffff) l. c. p. 595. gggg) in Prolegom. bic. bbbb) T. I. Annal. Eccles. ad ann. Chr. 45. p. 355. n. 46. a. b. iiiii) in Epp. Paulin. in ad 1. Petr. IV. 13. p. 1198. & in ad 2. Tim. IV. p. 856. & ad Coloss. IV. p. 712. ed. Col. Agripp. 1531. fol. Conf. de eo. ut & de præstantissimo hocce opere ea, quæ diximus in Dissert. nostra. Sect. IV. §. 4. p. 43. not. a. kkkk) in Explicat. tot. S. Sacre in Evang. Marc. p. 76. T. II. ed. Col. Agripp. 1630. IIII) Commentar. in S. Script. T. II. argumento in Evangel. Marci p. 973. fol. Antwerp. 1645. mmmmm) in Appar. Evangel. l. c. c. 51. p. 192. sq. nnnn) in Ev. Marc. p. 51. Mogunt. 1662. in 4. maj. oooo) in Explicat. Liter. Ev. sec. Marc. Lond. 1678. 8. pppp) in N. T.

perpetuo Comm. ex Antiq. Histor. Philol. illustr. in Ev. sic. Marc. p. 305. *Aurstel*, 1662. 4. [qqqq] in *Præloq. bic. Vid. Calov. Bibl. Illustr. T. III. p. 479.* [rrrr] in *Bibliotheca Patr. Apostol. Græco-Lat. in dissert. de Patrib. Apostol. §. 21. p. 42. Lips. 1690. 8. (ssss) in Annot. posth. in Act. p. 472. Jen. 1559. 4. [llll] in Colleg. Oeconom. in N. T. c. 2. §. 2. 3. [uuuu] in *Fasc. Question. in Theol. admodum vexat. qv. 129. p. 188. Gryph. 1666. 4. [xxxx] l. c. in vita Marci §. 2. p. 14. sq. & qv. 14. p. 17. (yyyy) in Offic. Bibl. p. 458. ed. Witt. 1703. Conf. hic, si placet, ea, quæ de hocce scriptore diximus in *Dissert. nostr. cit. sc̄t. 4. §. 3. p. 41. not. k. [zzzz] T. 3. Bibl. Illustr. l. c. adde & Annot. ad Act. XII. p. 887. [aaaa] l. c. p. 479. [qq. (bbbb) in Colleg. Fag. d. l. §. 1. [cccc] l. c. c. 13. §. 2. p. 120. [dddd] l. c. qv. 129. p. 188. [eeee] d. l. p. 466. [ffff] in Syn. in ad Marc. proleg. vol. 4. p. 670. Franc. ad Mæn. 1678. fol. [gggg] T. 1. Opp. p. 453. fol. [bbbb] Com. in ad 2 Tim. IV. p. 1455. ad Coloss. IV. p. 1109. ad Philem. p. 1533. Franc. ad Mæn. 1664. 4. maj. (iiii) *Serm. de S. Marco ap. Sur. l. c. [kkkk] in vita S. Petri (llll) Proem. in Marc. T. 5. Opp. Col. Agripp. 1683. fol. (nnnnn) T. I. Annal. Eccles. ad an. 45. B. n. 29. p. 349. [nnnn] l. c. p. 194. [oooo] Laudat. in Marc. in Simeone Metaphr. p. 321. ap. Surium T. 2. de Prob. Sanct. Vit. (ppppp) l. 1. de Script. Eccles. p. 268. [qqqq] l. c. p. 478. Conf. & proleg. ad Harm. Calixti p. 2. [rrrrr] T. 1. Opp. fol. 453. Eleutherop. 1656. fol. [ssss] d. l. [tttt] in Bibl. Germ. cum brevi interpret. in N. T. T. 6. p. 291. hic *Stuttgart 1670. fol. [uuuu] l. c. [xxxx] l. c. p. 784. [yyyy] l. c. p. 194. [zzzz] l. c. p. 478. [aaaaa] l. c. p. 121. [bbbbbb] l. c. §. 2. [cccc] l. c. n. 3. p. 677. [dddd] l. c. p. 194. [qq. [eeee] l. c. in vita Marci §. 2. p. 15.*****

§. II. *Familiam* vero ejus & *genus vitæ* quod concernit, cum nihil certi sacro ex codice habemus, pariter in obscuro jacet, multumque inter sese Criticorum filii digladiantur. Fuisse autem Marcum huncce genere ac natione *Hebraum*, sive ex circumcissione (an vero ex Judæis Palæstinis, an ex Hellenistis, ceu *Grotius* curiose inquirat, item eum Græcis & Ebraicis indecenter fuisse doctum & idiotam fuisse, quemadmodum idem somniat vid. *Dorscheus*, (a)) extra omnem dubitationis aleam positum, omniumq; interpretum consensus, quin & ipsa ratio, tante etiam Scriptura Col. IV, n. evincere videtur. Vid. *B. Dn. D. Dorscheus*, (b) *Kirstenius*, (c) *Heidegger*. (d) Et quidem eum ex tribu Levi fuisse, legalemque sacerdotem, atque ex sacerdotali genere progenitum asserit *Hieronimus*, (e) exque eo *B. Quistorpius*, (f) *Menochius*, (g) Vid. & hic *Petrus de Natalibus*, (h) *Cornelius à Lapide*, (i) *Maldonatus*, (k) aliique. Cui & adhuc alii (l) addunt in specie ex tribu Aaronis, adeoque eum fuisse sacer-

facerdotem Aaronicum, utque ministerio inutilis fieret, nec ad id quasi mancus promoveri posset, pollicem sibi præcidisse eodem ex *Hieronymo* locum non citans, quem tamen *de la Haye* (m) indicat, refert *Leusdenius*. (n) Vid. & Magnif. Dn. D. *Grapius*, (o) *Heidegger*, (p) *Petr. de Natalibus*, (q) Quæ tamen historia, licet apud multos vulgo circumferatur, cum incerti, nec probati, gravis & antiqui autoris, nec magnæ autoritatis testimonio fulciatur, ita ut dextre nunquam probari possit, merito ab aliis repudiatur. Vid. Dn. D. *Grünenberg*, (r) *Baronius*, [s] *Maldonatus*, (t) & pluribus *Job. de la Haye*. (u) Quemadmodum & de parentibus nihil certi invenimus, sic patria ejus quoque pro certo non constat. *Petrus Kirstenius*, (x) Medicus, quamvis à nemine, quod sciat, patria hujus Evangelistæ sit annotata, nihilo tamen minus se nescire ait, an male quis suspicetur, eam esse *Quabursham*. Quæ vero & qualis hæc civitas fuerit, aliis decidendum relinquit. Sed an istiusmodi civitas fuerit, forte quis dubitare posset, cum nullibi deprehendatur, judicante *Dorscheo*. [y] Alias & dicit idem *Kirstenius*, [z] non male quosdam suspicari, eum *Hierosolymitanum* patria fuisse, quod mater ipsius Aët. XII 12, ibi domum habuerit, quæ Christianorum conventibus patuisse ex eodem loco constat, quod vero & conjecturis saltem niti videtur. Fuisse autem illum unum ex LXX. discipulis, quos Christus sibi adscivisse dicitur Luc. X, 1. multi ex veteribus tradunt, utpote *Epiphanius*, (aa) *Origenes*, (bb) *Dorotheus*, (cc) *Theophylactus*, (dd) *Nicephorus Callistus*, (ee) *Alexander*, (ff) *Euthymius*. (gg) Vid. *de la Haye*. (hh) Quos & plures alii ex recentioribus & quidem omni jure sequi videntur. Ex quibus unum vel alterum nominasse sufficit *B. Dn. D. Dorscheum*, (ii) *Baazium*, (kk) *Kirstenium*. (ll) *Conf. & Calov*. (mm) *Gerhardus*, (nn) Refer & huc versus græcos, quibus in 70. discipuli suis recensentur nominibus, quos inter & Marcus, ceu isti à *Joach. Camerario* (oo) allegantur. Quibus tamen omnibus alii contrariantur. Quos inter numerandi *Gregor.* (pp) *Hieron.* (qq) *Clemens Papa*, (rr) *Nazianz.* (ss) *Augustin.* (tt) *Beda*, (uu) *Theodoretus*, (xx) *Papias*, (yy) *Eusebius*, (zz) *Grotius*, (aaa) *Cornelius à Lapide*, (bbb) *Menochius*, (ccc) *Tirinus*, (ddd) *de la Haye*, (eee) *Biblia Moguntina*, (fff) *Winclerus*, (ggg) *Grünenberg*, [hhh] *Kit-*

*Kittelmanus*, (iii) aliique. His omnibus & accedere videntur illi, ceu refert de *La Haye* (kkk) doctores, qui Marcum tradunt fuisse Petri in divino sermone discipulum & auditorem & in baptifmate filium, ut *Tertullianus*, (lll) *Anacletus Papa*, (mmm) *Irenaeus*, (nnn) *Eusebius*, (ooo) *Chrysoftomus*, [ppp] *Epiphanius*, [qqq] *Augustinus*, [rrr] *Leo Papa*, [sss] *Hieronymus*, [ttt] *Gregor.* (uuu) *Ifidorus*, (xxx) *Mich. Glycas*, (yyy) *Petr. Damianus*, (zzz) *Adon*, [aaaa] *Beda*, [bbbb] *Ufuardus*, [cccc] *Petr. de Natalibus* [dddd] & c. Conf. adh. eundem de *La Haye* [eee] pluribus hac de re. Huic autem sententiae calculum suum adicere potissimum ea ex ratione videntur Auctores, quia *Papias* expresse testatur, Marcum non audivisse Dominum, cujus vero testimonium, ceu viri minime probatae fidei, nullius erit momenti, & plane nos non attendimus. Porro & ex eo colligere volunt, quoniam Petrus ipsum filium vocat, cum tamen potius eum fratrem suum, si unus ex LXX, vocasset. Et quae sunt alia, elumbibus tantum rationibus suffulta, quae recitasse jam erit refutasse. Vid. *Grapius*, (ffff) *Heidegger*, (gggg) *Tirinus*, (hhhh) aliique. Quicquid autem hujus rei fit, nos hac vice vestigia pretiosi *Dn. D. Grapii* (iiii) premimus, dicentes cum eo, hoc certum, Marcum non fuisse Apostolum, attamen Apostolorum socium & adiutorem ex iis, qui alias Evangelistae vocabantur, fuisse, uti ex omnibus circumstantiis de eodem occurrentibus constare videtur.

[a] l. c. p. 476. (b) d. l. (c) l. c. n. 2. p. 33. [d] l. c. p. 466. [e] Praefat. in *Marc. T. XI. Opp.* p. 87. [f] in vere aureis *Annotat. Bibl.* p. 84. ed. *Rostoch.* 4. [g] l. c. p. 76. [h] in *Catal. Sanct. & Gestor. ex divers. volum. collect.* l. 4. c. 86. fol. 74. *Lugduni* 1554. fol. [i] *Com. in Marc. l. c. p. 572.* [k] l. c. p. 784. (l) *Beda* in *Prom. Comm. super Marc. & autor Comment. in Marc.* qui venditur sub Hieronymi nomine. [m] l. c. c. 54. p. 202. (n) l. c. p. 142. [o] l. c. §. 1. (p) d. l. n. 3. p. 467. [q] l. c. c. 86. fol. 74. [r] l. c. §. 2. [s] *T. I. Annal. Eccles. ad ann. 45. n. 47. p. 355. c.* [t] l. c. p. 785. [u] in *App. Evangel. l. c. p. 202. sq.* (x) l. c. n. 2. p. 33. [y] l. c. p. 477. [z] l. c. p. 33 [aa] *T. I. Her. 51. p. 428. add. & Her. 20.* (bb) in *Dialog. 1. contr. Marcionistas de recta in Deum fide.* (cc) in *Syn. S.* [dd] in *Ev. Matth. Enarrat. p. 1. Conf. & Heideg. l. c. p. 467.* [ee] *T. 2. Opp. l. 2. c. 45. p. 138. & c. 43.* [ff] in *Actis Barnabae.* (gg) *Praefat. in Ev. Luc.* [hh] l. c. p. 194. 196. [ii] l. c. p. 478. [kk] in *Prælog. ad Harm. Evangelic. ed. Calmar.* 1627. 4. [ll] l. c. n. 1. p. 33. n. 5. p. 85. n. 4. p. 34. (mm) l. c. p. 480. (nn) *LL. Theol. Loc. 1. de S. S. c. 9. n. 244. p. 96. Franc. & Hamb.*

1653. fol. (oo) *Histor. Jesu Christi* p. 188. adnex. Vid. *Dn. D. Pritius in Introd. ad lect. N. T. c. 20. p. 269 sqq. (pp) initio primi lib. Dialog. (qq) in c. 65. Esaiæ. ii. Proem. in Matth. & de Scriptoribus Eccles. in Marc. (rr) Const. Apost. l. 2. c. 61. [ss] initio carminis de Christi miraculis sec. Marc. (tt) l. i. de Consens. Ev. c. 1. & l. 17. contr. Faust. c. 3. (nn) Proem. Comm. in Marc. [xx] in su. prefat. ad *Histor. S. Patr.* [yy] ap. *Euseb. l. 3. H. E. c. 33. [zz] l. 3. H. E. c. 18. [aaa] vid. Prælog. ejus in Bibl. Illustr. Calov. T. 3. p. 479. [bbb] in Comm. in Ep. Petri p. 331. ed. Luter. Paris. 1631. fol. [ccc] in *Evang. Marc. p. 76. (ddd) Comm. in S. S. T. II. arg. in Ev. Marc. p. 973. [eee] l. c. p. 194. 196. (fff) l. c. p. 51. (ggg) l. c. p. 2. [hhh] l. c. §. 2. (iit) l. c. in vit. Marc. §. 2. p. 15. (kkk) l. c. p. 194. [lll] l. 4. contr. Marcion c. 2. §. (mmm) Ep. 3. (nnn) l. 3. adv. Her. c. 1. 10. [ooo] l. 2. H. E. c. 14. [ppp] Homil. 1. & 59. in *Matth. (qqq) Her. 51. [rrr] de Conf. Ev. l. 2. [sss] Ep. 53. sub fin. & Ep. 87. [ttt] Proem. in Comm. sup. *Matth. & prolog. in Ev. sec. Marc. & prefat. in Comm. sup. Marc. & de Scriptorib. Eccles. in Petro & Marc. (uuu) l. 5. Registric. 160. Ep. 60. ad Eulogium Episcop. Alexandr. (xxx) Etymol. l. 6. c. 2. [yyy] Annal. P. 3. fol. 301. [zzz] Serm. de S. Luca. (aaaa) in *Martyrol. d. 25. Apr. (bbbb) in Martyr. eod. die. [cccc] Martyr. eod. die. Conf. & Martyrol. Rom. eod. die. [ddd] l. 4. Catal. Sanct. c. 86. l. c. (eeee) l. c. p. 196. (ffff) Colleg. MS. §. 2. p. m. [ggg] l. c. p. 467. [hhh] l. c. p. 973. [iii] l. c.******

§. III. Quapropter & Hieronymus (a) non tantum eum discipulum, sed & interpretem Petri nominat, ceu & faciunt Irenæus, (b) Eusebius, (c) Clemens Alexandrinus, (d) Tertullianus, (e) Chrysostomus, (f) Nicephorus, (g) Pompejus, (h) Theophylactus, (i) Sophronius, (k) Papius, (l) Petr. de Natalibus, (m) Bellarminus, (n) Baronius, (o) da Sylveira, (p) Philipp. Labbe, (q) de la Haye, (r) Alexander, (s) & Martyrologiz varia. (t) Tu adde adhuc Calvinum, (u) Menochium, (x) Christoph. Christoph. Sandium, (y) Baazium, (z) Förterum. (aa) Conf. Huetius, (bb) Conzen, (cc) Maldonatus, (dd) Wolzogen. (ee) Ottinus, (ff) Job. Millius, (gg) Tob. Pfannerus, (hh) Add. & D. Gerbardus, (ii) Kuttelm. (kk) Brunfelsius, (ll) Hoffmannus, (mm) & prolixè Richard. Simonius, (nn) cujus tamen sententiam plane nostram facere nolumus, putando, Petrum, aliosque Apostolos veris ac proprie sic dictis interpretibus indiguille, eo quod perfecta linguæ Græcæ noticia distituti fuerint. Sane nullo modo id procedere videtur, & inde Job. Clerico, (oo) Criticorum alias audacissimo, valde suspectum redditur, cum potius verosimilius sit, Petrum aut à pueritia didicisse Græce loqui, cum linguæ Græcæ per totum orientem frequentissimus esset usus, aut certe ad

flatu divino. Vid. & contra *Rich. Simon. Dn. D. Majus. (pp)* Quibus accedit, quod Patres ea in significatione vocabulum interpretis non adhibuisse videtur, cum (1) Petrus fuerit vir <sup>Θεόγλωσσος</sup> 506, & die Pentecostes quoque lingvarum donum una cum aliis Apostolis acceperit, ut adeo interprete opus non habuerit. Notitiam autem hanc ex dono Sp. S. acceptam imperfectam vocare impium foret. (2) Græca lingua tum temporis usitatisima erat, hinc ejus notitia destitutum fuisse Apostolum Petrum non est probabile. Vid. *Dn. D. Grapius (qq)* & *Junius ap. Ad. Contzen. (rr)* Quibus adhuc addimus (3) ut, cum diversarum lingvarum homines concioni interessent, qui linguam, qua loquerentur Apostoli, vel omnino, vel ex parte non intelligerent, interpretis officium desiderari visum. (4) Ut, cum sublimia, vel dicta captu inaccessa Apostoli vel loquerentur, vel scriberent, interpretes elucidarent rudioribus & velut commentario illustrarent. (5) Et maxime interpretis proprium officium hocce erat, epistolas aut dogmata ab Apostolis dictata una aliqua lingua in alias lingvas transferre, & diversi sermonis hominibus simul mittere. Conf. *de la Haye, (ss)* *Contzen, (rr)* *Baronius, (uu)* Rejcta igitur illa *Simonii* opinione, nec illam procedere posset autumamus, quando nonnulli statuunt, ideo Apostolos interpretes usos, quod, etsi omnium lingua gnari, eloquentia tamen caruerint, nec peregrinas lingvas satis expresserint. Judæis enim hoc difficile fuisse *Josephus (xx)* docet. Verum enim vero quilibet facile concedet, si datum Apostolis, ut callerent linguam, eis & datum, accurate pronuntiarent. Conf. *Contzen. (yy)* Vid. & alias rejectas causas ap. *de la Haye, (zz)* Cum igitur vocabulum interpretis latius pateat, ut & illum significet, cuius ministerio & opera quid sit, unde phrasis salutaris: me interprete ab hoc vel illo &c. forte ad hunc sensum respexerunt Patres, alique, quando Marcum interpretem Petri appellaverunt, & sic simul ad ejus munus digitum intenderunt, nimirum, eum Evangelistam fuisse, quorum opera & ministerio Apostoli usi fuerunt.

(a) in *Catal. Script. Eccles. T. I. Opp. p. 268. [b] l. 3. c. 1. & 11 p. 137. 177. [c] H. E. l. 7. c. 4. & l. 5. c. 8. add. & *Chronicon ejus. (d) l. 6. Sermon. [e] l. 4. cont. Marc. c. 5. (f) T. II. Opp. p. 11. 35. 683. & p. 12. homil. I. in Ev. Matth. (g) T. II. Opp.**



Opp. c. 15. p. 160. (b) in *Actis Syri & Juvenil*, (i) *Prefat*, in *Marc.* (k) *de Marco*. Vid. *Theophyl. Comm.* in 4. *Ev.* p. 186. fol. *Lut. Par.* 1631. fol. (l) *ap. Euseb.* l. 3. *H. E.* c. 33. (m) *l. c.* c. 86. fol. 74. [n] *T. I. l. 1. de Rom. Pontif.* c. 14. p. 152. (o) *T. I. Annal. Eccl. ad an. Chr. 45. §. 32. p. 350. sq. E. & p. 351. A. §. 4. p. 152.* (p) *Com. in text. Ev. T. 1. proœm. in text. IV. Ev. c. 4. p. 4. n. 12. & t. 6. addit. in Marc. p. 277. [q] de Scriptor. Eccl. dissert. T. II. p. 48 in 8. Quo de ita Dn. Job. Moller in Hypomnemat. Historico-Critico-Philol. ad Mörbosi Polyb. T. 3. c. 4. §. 17. p. 123. ed. noviss.* Phil. Labbei de *Script. Eccl.* opere carere jam facilius possumus, postquam alii argumentum idem majori, quam ille, & dexteritate & candore pertractarunt, è Pontt. scil. Lud. Ellies du Pin & Casim. Oudin, è Refor. Guil. Cave, Henr. Whartonus. [r] *l. c. c. 33. p. 147. §. 4. [s] in Actis Barnaba.* (t) ut *Romanum, Bedæ, Adonis, Vitaradi, & alia d. 25. Apr. Vid. de his de la Haye l. c. c. 33. p. 197. [u] in Comm. in IV. Ev. argum. in Ev. T. 6. Opp. Ansel. 1667. fol. (x) l. c. p. 76. (y) in tract. de Scriptor. Eccl. prefix. ejus Nucleo H. E. p. 6. ed. Colon. 1676. 4. [z] in *Præloq. ad Harm. Evangel.* [aa] *T. 6. Bibl. Germ. supr. cit. p. 29. (bb) in Demonstr. Evang. pro- pol. 1. p. 18. Paris. 1679. fol. [cc] l. c. qv. 3. §. 1. p. 596. [dd] l. c. p. 784. [ee] T. I. Opp. fol. 453. (ff) in Exam. in *Annal. Baron. ad an. Chr. 45. p. 252. sq. [gg] in proleg. ad N. T. l. c. p. 12. (hh) in Amœnitat. Sacr. Script. in ex- plend. Franc. & Lipsf. 1698. 8 [ii] l. c. Loc. de S. S. n. 24. p. 96. [kk] l. c. p. 18. qv. 11. & §. 2. p. 15. [ll] in *Annotat. in IV. Ev. in vita S. Marci Argen- tor. 1535. fol. [mm] in Lexic. Univers. T. 3. p. 53. b. voc. ed. Lugd. 1698. fol. (nn) in Histor. Crit. N. T. l. c. C. 10. §. 1. Cujus adversarii præter illos, mox à nobis citandos, fuerunt ex Anglis Coulan, Smithus, de Veil; ex Batavis Clericus, Basnagius, Witfius, de Verse; ex Pontt. Gallis du Pin, Arnald, le Vasseur. Judicium de eo vid. ap. V. E. Lofcher. in *Farrag. Epimetr. ad Exer- cit. de Claud. Pajon. misc. 1. n. 8. p. 190. sq. ed. Lipsf. 1692. 12. [oo] in dissert. 3. ad Harm. Evangel. de 4. Ev. p. 58. ed. Lugd. 1701. 4. [pp] in *Exam. Hist. Crit. N. T. c. 10. §. 6. p. 127. sqq. Franc. & Lipsf. 1699. 4. [qq] l. c. Colleg. Jlag. c. 4. §. 2. p. m. (rr) l. c. qv. 3. §. 1. p. 596. (ss) in *App. Ev. c. 52. p. 198. sqq. [tt] l. c. qv. 3. §. 2. p. 596. sq. (uu) T. I. Annal. Eccl. §. 32. p. 352. a. sq. [vv] L. 20. Antiq. c. ult. [yy] l. c. p. 596. (zz) l. c. p. 197. sqq.*******

§. III. Cæterum quoad vitam & quoad notatu dignum refertur & fuisse longo naso, subducto supercilio, pulcher oculis, recalvaster, proluxa barba, velox, habitudinis optimæ, statura & ætatis mediæ ac statæ, canis aspersus ac semicanus, affectione continens & gratia Dei plenus. Vid. *Abdias & Nicephorus*, [a] *Surius*. [b] *Conf. & de la Haye*. [c] *Alexandriæ in Ægypto primum prædicatione Evangelii Ecclesiam Christo collegisse, eamque fundasse, ibidemque Episcopum, [licet non istius- modi*

modi, quales hodie,] & Patriarcham (quod nomen superbum vix eum usurpasse vult *Dorscheus* [d]) esse constitutum pro manifesto affirmant, imo ut quidam referunt 19. annos præfuisse. Vid. *Eusebius*, [e] *Nicephorus*, [f] *Procopius & Catophyl.* [g] *Hieronymus*, [h] *Dorotheus*, [i] *Martyr & Tyrionum Episcop.* *Wolzogen.* (k) *Tirinus*, [l] *Phil. Labbe*, [m] *Biblia Moguntina*, [n] *Dav. Pareus*, [o] *de Veil*, [p] *Janus Selden*, [q] *Kirstenius*, [r] *Bünting*, [s] *Förterus*, [t] *Kittelmannus*, [u] *Chytræus*, [x] *Grünenberg*, [y] *Osiander*, [z] *Dorscheus*, [aa] *Heidegg.* [bb] & pluribus *Joh. de la Haye*, [cc] ibique citati. Ubi sedem suam cum constituisset & salutari doctrina homines impertuisset, incredibilem multitudinem ad Deum convertit, ut adeo ille & postea imperante Tyberio in partes occidentales Africæ se contulerit, Libyæque provincias, Mamarican, Pentapolin, regionesque circumjacentes & universam barbariem peragraverit, & quam plurima admiranda fecerit, ubique locorum ingenti numero fidem Christianam suscipiente. Vid. *Nicephorus*, [dd] *Damianus*, [ee] *Sophronius*, [ff] *Dorotheus*, [gg] *Hieron.* [hh] *Centuriat. Magdeburg.* [ii] *Grapius*, [kk] *Pritius*, [ll] *Kittelmann.* [mm] *Kirstenius*, [nn] *Hoffmann.* [oo] *Petr. de Natalibus.* [pp] Reversus autem Alexandriam & ibi prædicavit, disciplinam, Ecclesiæque Pastores, ut & alia insuper, quæ opus erant, constituit, quod vero dum egit & mortem simul invenit. Vid. *Nicephorus*, [qq] *Kirstenius*, [rr] *Grapius*, [ss] *Pritius.* [tt] An vero Marcus noster Alexandriæ instituerit vitam cœnobicam, quæ vocatur *Esæorum*, uti *Hieronymus* & ante eum *Eusebius* statuit, nolumus hic disquirere, ea qui scire avet, evolvat modo *Dorscheum*, [uu] ibique dicta, quæ sufficere hac in re poterunt. Varia quoque ei adscribuntur miracula, sed cum de his sacræ literæ taceant, præstat & hic tacere, quam, quæ incerta sunt, pro veris obtrudere. Interim ea qui legere desiderat, adeat *Petr. de Natalibus*, [xx] *Surium*, [yy] *Claud. de Roia*, aliosque. Vid. prolixè *de la Haye*, [zz] Item res gestas sive acta alia S. Marci cognoscere qui expetit, istos scriptores, qui ea ex professo tractarunt, adeat, nostri enim instituti limites egrediuntur. Quantam vero ad ætatem noster Marcus pervenerit, vix præcisè à quopiam describi poterit, nihilo tamen minus non

non errabimus, quando eum hoc in mundo Salvatore servisse affirmamus plus minus 30. Probabile autem est, discipulos Christi non multum ante tricesimum annum ætatis ad Evangelii ministerium vocatos fuisse, ceu asserit *Kirsenius*. (aaaa) Concludi ergo exinde liceret ætatem annorum 60. circiter attigisse. Sed de his aliorum esto iudicium.

[a] *H. E. l. 2. c. 43.* [b] *Surius in vita Marci ap. Leusdenium l. c. p. 144.* [c] *l. c. c. 56. p. 209.* [d] *l. c. p. 479.* (e) *H. E. l. 2. c. 16. p. 31. add. & c. 40. (f) T. III. Opp. c. 15. p. 161.* [g] *Laudat. in Marc. in Simeon. Metaphr. ap. Surium de Prob. S. Vit. T. II. Mens. April. p. 321.* [h] *Ep. 55. ad Evagr. Vid. ap. Heidegg. l. c. n. 3. p. 467.* [i] *de B. Marc. fragm. ex ejus Syn. Vid. ap. Theophyl. in IV. Ev. p. 186.* (k) *T. I. Opp. p. 453.* [m] *l. c. Dissert. T. II. p. 48. (n) in Ev. Marc. p. 51.* (o) *T. I. Opp. Theol. Exoget. P. III. in Ev. Marc. p. 253.* [p] *l. c. (q) 1642. in Histor. Eccles. Alexandrin. Arab. [r] l. c. n. 4. p. 34. (s) Itinerar. S. P. II. fol. 54. [t] in Bibl. Germ. cum interpr. T. VI. l. c. p. 291. (u) l. c. p. 16. (x) l. c. [y] l. c. [z] in Bibl. Glossar. P. III. p. 110. [aa] l. c. p. 479. [bb] l. c. (cc) l. c. C. 54. p. 202. (dd) *T. III. Opp. c. 34. p. 136. [ee] Serm. de Marco ap. Sur. p. 323. T. II. [ff] de Marco ap. Theophyl. in IV. Ev. l. c. [gg] de Marc. fragm. ex ipsi. Syn. l. c. (hh) de Scriptor. Eccles. ex Simeon. Metaphr. ap. Surium T. II. p. 320. [ii] *Conf. 1. l. 2. c. 1. p. 14. e. C. l. 2. c. 15. p. 469. [kk] l. c. §. 2. [ll] in Introd. lect. N. T. c. 13. §. 2. p. 121. [mm] cit. loc. in vita Marci §. 3. p. 15. [nn] l. c. n. 4. p. 34. [oo] in Lexic. Univers. l. c. p. 53. (pp) *d. l. fol. 75. [qq] l. 2. c. 43. [rr] l. c. p. 34. [ss] d. l. [tt] l. c. p. 121. sq. (uu) l. c. p. 480. (xx) l. 3. c. 61. l. 4. c. 86. l. 9. c. 19. (yy) T. II. de Prob. Sanct. Vit. p. 321. sq. [zz] l. c. C. 57. p. 204. sqq. c. 58. p. 211. c. 54. p. 202. c. 55. p. 203. sq. [aaa] in Vit. Evangel. n. 11. p. 14. Conf. & n. 11. p. 36.****

§. IV. Mortem vero quod concernit, communem sententiam esse putat *B. Dn. D. Dorscheus*, (a) nec ab eadem facile redendum, sed libenter Historicis assurgendum, (licet alii aliter, ubi & quo genere mortis affectum non adeo certe confite dicant, vel ut alii, lapidibus eum obrutum & sepultum, vid. *Grünenb.* (b) *Fridlib.* [c] vel ut alii, Romæ occisum, vid. *Pareus*, [d] ) eum divinis ac sacris publice operantem Alexandriae extremum vitæ spiritum edidisse & morte violentissima & omnidivinitate atque immanitate teterrima. Sic namque circa tempus Paschale, cum & Serapidis festum celebraretur, plebs cultor idolorum & infano erga idolum amore correpta vi in Marcum, sacris publice operantem, repente impetum fecit, eund. catenis vinctum, funibusque constrictum per urbem

C

Alexan-

alexandriam, vicosque ejus à loco, cui Bucolus nomen est, usque ad eum, qui dicitur Angelorum, crudelem in modum raptavit, & cum per noctem in custodiam eum conjecisset, mane de novo ipsum inde extractum per asperrima locorum iterum distraxit, usque dum corpore ejus faxis alliso, dilacerataque carne omni & effuso abunde sanguine animam noster sanctus tandem Deo traderet. Vid. *Nicephorus*, [e] *Dorotheus*, [f] *Surius*, [g] *Eusebius*, [h] *Hieronymus*, (i) *Philo Judæus*, *Papias*, *Clemens*, *Jfidorus*, *Honorius*, *Martyrologia* &c. ap. *Phil. Labbe*, [k] it. *Jac. Tirinus*, (l) *Petr. de Natalibus*, [m] *de la Haye*, (n) *Baronius*, (o) *Maldonatus*, (p) *Syrius*, [q] *Em. Sa ap. Olearium*, (r) *Heidegg*, [s] *Leusdenius*, [t] *Kirstenius*, (u) *Grünenb.* [x] *Grapius*, (y) *Pritius*, (z) *Küttelmann*. (aa) Quibus & alii addunt, corpus ab infensissimis hostibus rogo impositum & combustum, ossa vero & cineres ejus à Christianis eo in loco, ubi concionari solitus, sepulturæ datos esse. Et quæ sunt istiusmodi alia, quæ vero omnia sunt dubia & incerta. Vid. de his *Nicephorus*, (bb) *Simeon Metaphrastes*, (cc) *Dorotheus*, (dd) *Damianus*, (ee) *Martyrologia*, ut *Romanum*, *Adonis*, aliaque. Vide *de la Haye*, (ff) ibique abunde citatos. His adde, si placet, *Petr. de Natalibus*, (gg) *Maldonatum*, (hh) *Pareum*, (ii) *Kirstenium*, (kk) *Grünenb.* (ll) *Grapium*, (mm) *Pritium*. (nn) Ubi vero noster sepultus sit, nullibi, quod scimus, expressum invenimus, nisi forte quis conjicere vellet, ejus cineres Alexandriae mansisse, maxime, si illa, quæ jamjam diximus, eum Alexandriae vitam finivisse, vera sunt. Cæterum hic omnino videri potest *de la Haye*, (oo) qui hac de re, ubi corpus quiescat, agit. Successu vero temporis reliquias Venetiis sub Paschali Pontifice & Leone Armeno Imp. & Justiniano Venetorum Duce translatas solennitate ac superstitione haud exigua, ubi & adhuc veneratione cum summa aservantur, tradunt *Damianus* (pp) & *Surius*, (qq) ubi plurima hac de re, & omnia, quæ acciderunt, reperies. Add. *Baronius*, (rr) *Leusden.* (ss) *de Veil*, (tt) *Hottingerus*, (uu) *Hoffmann.* (xx) *Selden*, (yy) *Küttelmann*, (zz) *Dorfebeus*, (aaa) *Grapius*, (bbb) *Pritius*, [ccc] *Conf. & Bernard.* *Justinianus*. (ddd) Quibus & *Andr. Saussay* (eee) addit, referens pariter, è Marci sanctissimi corpore decerptum cum aliquot ossiculis brachium Venetiis in Gal-

Galliam transvectum, atque in ejus nominis Ecclesia Limoriensi Paris. Diocesis perhonorifice conditum, hodieque illic visi atque coli. Maxillam vero ejus impridem à Guiljelmo Aquitaniae Duce ex Venetiis allatam, Pictavii repositam pio cultu asservari in cœnobio sanctorum Joh. & Andr. Et alibi (fff) narrat, cranium Marci Sueffione fervari. Alias & hæc passim narrantur, quum Græci ejus reliquias comburere voluerint, subito aërem turbatum, grandinem & tempestates exortas, tonitrua intonasse & fulgura coruscasse, ita ut cuncti timentes corpus ejus dimiserint, non pauci homines mortui evaserint, & ædificia multa ceciderint. Quas fabulas vide sis ap. *Petr. de Natalibus*, [ggg] *Surium*, (hbb) *de la Haye*, (iii) *Leusden*, [kkk] *Kittelmann*, (lll) ut jam brevitatis causa alios prætervolemus. Quin imo & postea Ecclesiam in ipsius honorem ædificatam, testis est *Beda*, (mmm) Ut adeo de martyrio Marci nostri adhuc amplius dubitare non liceat, quanquam aliqui in dubium alias id vocaverint, qua de re agit prolixè *de la Haye*. (nnn) Quo in tempore autem mors hæcce acciderit, eruditi vehementer variant. *Nonnulli ex Patribus* definitione declarant annum VIII. Neronis, nempe eum neci datum circa annum Domini 64. Neronis VIII. die 8. Calend. Maji h. e. 25. April. Mensè ab Ægyptiis dicto Pharmuthi, & ap. Hebræos Nisan, non sub imperio Trajani, uti erronee sentiunt quidam, judicante *Baronio*, (oo) vid. & *Maldonatus*, [ppp] & sepultum Alexandriæ succedente sibi Aniano. Vid. *Hieronymus*, (qqq) *Sophronius*, [rrr] *Damianus*, [sss] *Nicephorus*, (ttt) *Simeon Metaphr.* [uuu] *Baronius*, (xxx) *Bellarminus*, (yyy) *Tirinus*, (zzz) *Sixtus Senensis*, (aaaa) *Biblia Moguntina*, (bbbb) *de la Haye*, (cccc) ibique citati, *Woltrogenius*, (dddd) *Calvinus*, (eeee) *Leusdenius*, (ffff) *de Veil*, (gggg) *Brunfelsius*, (hhhh) *Winclerus*, (iiii) *Dresserus*. (kkkk) *Alii*, ut *Syrus*, (llll) absolute definit, eum fati cecidisse die 24. April. In *Martyrologio Romano* (mmmm) legimus die 25. Aprilis. Quam & sententiam *Kirstenius* (nnnn) ex Arabe, ejus vitæ autore, fovet, addens, factum Anno XIV. sive ultimo Claudii, quamquam *Irenæus* (oooo) & *Eusèbius* (pppp) Marcum & Petrum vita superasse contendunt. *Janus Selden* (qqqq) vult, eum occisum anno Neronis Imo. Et quæ sunt istiusmodi

opinionones aliax. Vid. *Dorscheus*, (rrrr) *Priuius*, (ssss) *Heidegg*, (tttt) *Hoffmann*, (uuuu) alique. Quæ vero, cum conjecturis nitantur & dubia fide, in medio relinquimus, donec certiora proferrantur.

(a) *Comm. in Ev. Marc. l. c. p. 483.* (b) *l. c. [c] in Theol. Exegetic. class. 7. p. 27.* [d] *l. c. [e] H. E. T. 3. p. 160.* [f] *de B. Marc. fragm. in Theophyl. Comm. in IV. Ev. p. 186.* [g] *l. c. T. II. p. 320.* (b) *in H. E. & Chronico.* [i] *Catal. de Script. Eccl. c. 8.* [k] *de Scriptor. Eccles. diff. T. II. p. 48.* (l) *T. II. Comm. in S. Script. argumento in Ev. Marc. p. 973.* [m] *in Catal. Sanct. & Gestor. c. 86. fol. 75.* [n] *l. c. C. 56. p. 206. sq.* [o] *T. I. Annal. p. 627. sq. ad ann. 64. D. E. n. 1. 2.* & *in Martyrol. Rom. p. 163. ed. Paris. 1645.* (p) *l. c. p. 785.* [q] *in vita Marc. ap. Cornel. à Lap. l. c. p. 572.* (r) *in Bibl. Theoret. Pract. Annotat. p. 267.* [s] *l. c. n. 3. p. 467.* [t] *l. c. p. 143.* [u] *l. c. n. 12. p. 36.* [x] *l. c. (y) d. l. (z) d. l. p. 122.* [aa] *d. l. in vita Marci §. 4. p. 15. sq.* [bb] *l. 2. H. E. c. 43.* [cc] *in vita Marc. ap. Surium l. c.* [dd] *Vid. Theophyl. Comm. in IV. Ev. l. c. (ee) de S. Marco ap. Surium d. l. [ff] l. c. p. 207. (gg) l. c. fol. 75. (bb) d. l. [hh] d. l. [kk] l. c. [ll] d. l. [mm] l. c. (nn) l. c. (oo) l. c. C. 56. p. 208. (pp) in Serm. de S. Marc. ap. Surium l. c. [qq] T. I. de Prob. Sanct. Vit. p. 564 sq. M. 31. Jan. [rr] in Martyrol. Rom. d. 31. Jan. [ss] d. l. (tt) d. l. arg. in Marc. [uu] in H. E. N. T. P. I. c. IX. Sect. I. p. 599. Hanov. 1685. 8. [xx] in Lexic. Univ. d. l. (yy) in Com. ad Eutyeb. p. 169. (zz) l. c. §. 5. p. 16. (aaa) l. c. p. 483. & in Sceleronomia Monastica, ibidem citat. [bbb] l. c. [ccc] d. l. [ddd] in lib. de vita Marci & de corpore ejus Venetias translato, vid. Olearii Abacus Patrologic. p. 82. Jen. 1673. in 12. (ee) in Martyrol. Gall. Mens. Jan. T. I. p. 86. ed. Lutet. Paris. 1637. fol. [fff] l. c. p. 411. [ggg] d. l. [hhh] T. II. de Prob. S. Vit. p. 370. [iii] l. c. p. 206. sq. [kkk] d. l. p. 144. (ll) l. c. §. 5. p. 16. [mmm] de Loc. Sanct. c. 29. [nnn] l. c. p. 208. [ooo] T. I. Annal. Eccl. l. c. p. 627. ad ann. 64. D. E. (ppp) l. c. p. 785. (qqq) ap. Centur. Magdeb. Cent. I. l. 3. c. 10. p. 469. & l. 2. c. 3. p. 21. [rrr] de Marco ap. Theophyl. in IV. Ev. l. c. p. 196. [sss] Serm. de Marc. ap. Surium l. c. p. 324. (ttt) H. E. l. 2. c. 43. (uuu) ap. Sur. l. c. p. 320. (xxx) T. I. Annal. l. c. p. 627. sq. yyy] de Scriptor. Eccles. p. 33. ed. cit. 8. zzz] d. l. p. 973. aaaa] Bibl. S. l. 1. Sect. 1. bbbb] in Ev. Marc. p. 51. cccc] lib. cit. c. 32. p. 143. dddd] l. c. p. 453. eeee] in 1. Petr. V. 13. ffff] l. c. p. 143. gggg] d. l. bbbb] Annot. in IV. Ev. in Marc. p. 64. iiiii] Proleg. in Marc. l. c. p. 2. kkkkk] de Fests. Dieb. p. 72. lllll] in vita Marc. ap. Leusd. l. c. mmm] l. c. p. 163. nnnn] l. c. n. 11. p. 36. & 38. n. 14. oooo] adv. Her. l. 3. c. 1. pppp] H. E. l. 5. c. 8. qqqq] ex Eutycho p. 166. rrrr] l. c. p. 483. ssss] d. l. p. 123. tttt] l. c. p. 467. uuuu] l. c. T. 3. Lex. Univ. p. 53. bac voc.*

§. VI. *Persone, ad quas scripsit, fuerunt, uti constat, auditores Petri & Christiani tum temporis Romæ degentes, quibus Mar-*

Marcus suum Evangelium, quo ob oculos in posterum haberent, assidueque legerent, quæ paulo antea auribus accepissent, Petri *ἡγεσσομένης*, scripsit ad emendandos errores, qui tum forte apud Rom. circumferebantur. *Occasio igitur scribendi suum Evangelium hæc est, prouti de Marco scriptores Ecclesiastici, interque eos Eusebius (a) & Nicephorus (b) memoriæ produnt: Petrum cum Romam ad refutandas Simonis Magi præstigijs proficisceretur, comitem assumpsisse Marcum & prædicatione sua ibi tantum effecisse, ut auditores non contenti viva voce, sicut Nicephorus inquit, vel sicut Eusebius, non contenti scripta divina prædicationis doctrina, Marcum discipulum ejus rogarunt, ut eam doctrinam, quam verbo traditam accepissent, scripturæ traderet & literis memoria mandaret, ut domi forisque in hujusmodi verbi meditationibus permanerent. Quorum pium & justum desiderium ubi Petrus intellexisset, ut vidit, factum confirmavit & in perpetuum legendum Ecclesiæ tradidit. Cui etiam calculum suum adjiciunt Clemens, (c) Origenes, (d) Bellarminus, (e) alique, quos recenset copiose Dn. D. Grapius, (f) de la Haye, [g] da Sylveira. (h) Tu his adhuc adjunge Sophronium, (i) Petrum de Natalibus, (k) Anton. de Escobar & Mendoza, (l) Baronium, (m) Ad. Contzen, (n) Christoph. Sandium, (o) de Veil, (p) Brunfelsium, (q) Kittelmannum, (r) Cbytraum, (s) Dorscheum, (t) Baaze, (u) Pritium, [x] Ursinum. (y) Alii & hoc quoque asserunt, scripsisse Marcum dicentem ipso Petro, ut Nicephorus, [z] Hieronymus, [aa] Eusebius, [bb] Athanasius, [cc] Epiphanius, [dd] Euthymius, [ee] Papias, [ff] & qui temere Papiam in hoc sequitur, Grotius, [gg] nitens ejus autoritate. Item Ottius, [hh] Calvinus, [ii] Dorscheus, [kk] Baaze. [ll] Conf. & de hoc de la Haye, [mm] Heidegger. [nn] Quocirca etiam Tertullianus Evangelium Marci Petro adscribit. Conf. & Barradius, (oo) Baronius, (pp) Contzen, (qq) Papias. (rr) Add. & eos, quos Job. de la Haye (ss) citat. Ex quibus nunc Rich. Simon, (tt) profanissimi acuminis Criticus, potissimum duo adhuc nova, præter jam adductum, absurda collegit, partim Evangelia non nisi collectiones fuisse sermonum ab Apostolis habitorum, nulla temporis ratione habita, in literas relatorum: partim nullo divino mandato aut afflatu Marcum consignasse Evangelium suum. Quæ vero Magnific. Dn. D. Grapius (uu) ex Augustino [xx] retundit.*

Cui adhuc nos addimus ex eodem *Augustino*, (yy) rationem dante, cur Marcus & Lucas, qui tamen non fuerunt Apostoli, scripserunt Evangelium? *ne putaretur, inquit, quod attinet ad predicandum & percipiendum Evangelium interesse aliquid, utrum illi amnunciant, qui Dominum hic in carne apparentem discipulatu famulante secuti sunt, an ii, qui ex illis fideliter comperta crediderunt, divina providentia procuratum est per Sp. S. ut quibusdam, etiam ex illis, qui primos Apostolos sequebantur, non solum annunciandi, verum etiam scribendi Evangelium tribueretur autoritas.* Conf. & *Dn. D. Majum.* (zz) Præterea & illud h. l. notandum, quod *Simonii* assertum contrarietur factis pandectis. Nam non memoria è Petri relatione, sed quæ Sp. S. suggessit, Marcum scripssisse oportet, si alias autor sit habendus Canonicus, pro quo tamen & *Simon* eum habet, 2. Tim. III. 16. 2. Petr. I. 21. Quod & ipsum omnibus Patribus, aliisque, asserentibus, Petrum distitasse Marco Evangelium, opponi potest. Imò & contrarium testimonium *Irenæi*, [aaa] quod post excessum i. e. mortem Petri & Pauli scriptum esse hoc Evangelium referat, quanquam *Millius*, [bbb] aliique, negant, de morte verba ista intelligenda esse, & vel inde constare, quod Petrus, audiens Evangelium à Marco conscriptum, approbaverit, ut jamjam diximus. Sed quicquid hujus rei sit, id certum est, judicante *Dn. D. Grapio*, [ccc] varias dubias & incertas passim esse Patrum traditiones, imò & fictas, quibus & merito omnes illas esse accensendas ducimus, quæ in *θεοπνευστων* Evangelii hujus sunt injuriæ. Adde & *Flacium*, (ddd) *Heideggerum*. (eee) Et sane omnino rectissimè, referente summo Theologo & in Historia Ecclesiastica versatissimo, cujus morte nuperrima Ecclesia orthodoxa non parvam jacturam fecit, *Dn. D. Jrigio*, (fff) *Fr. Combessius* [ggg] monuit, *Papiam ap. Eusebium* [hhh] ea de Marci Evangelio tradere, quæ neque scriptori *θεοπνευστων*, neque ejus Evangelio bene conveniunt. Ex quibus igitur adductis indubitato constat, Marcum Evangelistam, tanquam scriptorem Canonicum, rogatu auditorum Petri, Romanorum, suum, quod hodie habemus, Evangelium exarasse.

[a] *H. E. l. 2. c. 15. T. 3. Opp. p. 31. l. 3. c. 18. l. 6. c. 11. 14. 15. & ult.* [b] *T. II. Opp. l. 2. c. 45. p. 139. & T. III. Opp. l. 2. c. 15. p. 160. & lib. 4. c. 33.* [c] in VI. *Dissert.* [d] *T. I. Opp. in Ev. Matth. p. 203. l. c.* [e] *T. I. lib. 4. de V. D. c. 4.*



c. 4. p. 47. [f] l. c. §. 8. (g) l. c. c. 54. p. 200. add. & c. 30. p. 129. sq. (h) *Com. in Text. Evang. T. I. Proem. in text. IV. Evang. c. 4. p. 4. n. 12.* (i) *de Marco ap. Theophyl. in IV. Ev. p. 186.* (k) l. 4. c. 86. fol. 74. (l) *ad Evang. Sanctior. & Temp. Comm. Panegyric. Moralib. illustr. Vol. 1. Observat. Proemial. c. 3. n. 34. Lugd. 1642. fol.* [m] T. I. *Annal. n. 29. E. p. 349.* [n] l. c. qv. 2. §. 1. p. 596. [o] in tr. *de Vet. Scriptorib. Eccles. prafix. Nucleo H. E. p. 6.* [p] l. c. [q] d. l. p. 64. [r] l. c. §. 6. p. 16. [s] l. c. p. 78. [t] l. c. p. 480. [u] in *Praeloq. ad Harmon. Evangel. d. l.* [x] l. c. p. 123. [y] in *Fasc. Quæst. in Theol. admod. vexat. d. l. qv. 129. p. 189.* [z] T. II. l. 2. c. cit. p. 139. [aa] T. III. p. 49. & Ep. 156. *ad Hedibiam qv. 11.* [bb] *Dem. Evang. l. 3. c. 7. p. 120. Colon. 1688. fol.* [cc] in *Synopsi sub fin.* [dd] *Har. 51.* [ee] *hic Comm. in Marc. (ff) ap. Euseb. H. E. l. 3. c. 39.* [gg] *Vid. Calov. Bibl. Illustr. l. c. p. 480.* [hh] l. c. p. 253. §. 7. (ii) *Comm. in IV. Ev. Argum. in Ev. T. 6. Opp. Amstel. 1667. fol.* (kk) l. c. p. 468. n. 3. (oo) in *Comm. in Conc. Evangel. T. I. l. 1. c. 19. p. 33.* [pp] T. I. *ad ann. 45. p. 350. b. (qq) d. l. qv. 2. §. 2. p. 596.* [rr] *ap. Euseb. l. 3. c. 39. (ss) c. 30. p. 131. & c. 54. p. 200.* [tt] in *Histor. Crit. N. T. P. I. c. X.* [uu] l. c. §. 4. p. 22. [xx] *Serm. 146.* [yy] *de Confens. Evangel. l. 1. T. 4. p. 371.* [zz] in *Exam. H. C. N. T. c. X. p. 125. sq. (aaa) l. 3. c. 1.* [bbb] l. c. *proleg. in N. T. p. 12.* [ccc] d. l. §. 3. (ddd) in *Gloss. Compend. N. T. p. 134.* [eee] l. c. p. 468. *ubi iudicium doctiss. Valesii ad b. l. Eusebii hæc de re suppeditar. (fff) in Biblioth. Patr. p. 6.* [ggg] in *Not. ad Nicetæ Paphlagonis Orat. Panegyri. T. I. auct. noviss. B. B. P. P. Græco-Lat. p. 504. fol.* (hhh) l. c.

§. VII. Unde & quamplurimi ambabus, ut ajunt, manibus istanc arripiunt sententiam, ac si Marcus, ad Romanos scribens, necessario *Latino*, non vero *Græco idiomate* primitus usus fuisset, quam controversiam, eo quod pigendæ operæ forte non est, duobus vel tribus verbis delibare atque decidere non abs re fore putamus. Sane inficias nemo ire poterit, qui vel leviter & primordiis labiis celebratissimi nominis Philologos atque Criticos degustaverit, bene magnam autorum graviam farraginem pro adversa nobis militare sententia; quorum tamen argumenta, si curatius & copiosius quis introspiciat, infirmo admodum tibiae niti, ad oculum patebit. Nugantur ad unum fere omnes *Ponet.* Evangelium Marci *primus Romæ Latina lingua esse scriptum, cum æquum omnino fuerit, ut cum scriberet Romanis, Romano etiam scriberet sermone, deinde autem ab eodem Aquileæ in Græcam translatum esse linguam.* Sic somniant *Damasus*, [a] vel quisquis est autor, *Baronius*, [b] *Bellarminus*, [c] *Tirinus*, [d] *Greiserus*, [e] *Barradius*,

dius, [f] Cornelius à Lapide, [g] Petr. de Natalibus, [h] Ad. Contzen, [i] de la Haye, [k] da Sylveira, [l] Genebrardus, [m] Hadrian. Finus, [n] Possévinus, [o] Beuter, [p] Biblia Moguntina, [q] His add. Kirstenius, [r] Rivetus, [s] Guido Fabritius Boderianus, [t] Jac. de Voragine. (u) Ut aliis infinitis, brevitati studentes, parcamus. Conf. adhuc, si vis, omnino hic Cornel. à Lapide, (x) Dorscheum, (y) ibidemque citat. it. Kittelmannum. (z) Quibus & gemina habeat ex Patribus S. Gregor. Nazianzenus, (aa) à patria Nanzianzo sic dictus, summus Poëta & orator, id quod carmina ejus & orationes loquuntur, dum, recensendo catalogum Scripturæ, Evangelistas per lingvas & nationes partitur, inquires:

*Matthæus Christi Hebræis miracula scripsit,  
Ausonibus Marcus, Lucas doctus Achivis,  
Cunctis Johannes, penetrans cælestia mente.*

Quod tamen nostro judicio ne Argus quidem exinde colligere licet. Hoc quidem exinde patet, illum scripsisse Latinis, non vero Latine. Conf. Jsaac. Casaubonus. (bb) Quapropter & istis recensitis nemo ex recentioribus, vel Theologis, vel Philologis, suum addit calculum. Quibuscum & nos facimus, asserentes, Evangelium Marci, etsi Romanorum præcipue gratia scriptum, primitus tamen non Latine, sed Græce scriptum. Prob. (1) ex providentia divina circa Scripturam Canonicam, quæ non potuit permittere, ut periret textus primigenius. (2) Constat ex similitudine styli cum Mattheo, qui arguit utrumque Evangelium primitus Græce exaratum. (3) Accedit, Judeos, qui Romæ erant, Romanæ lingvæ sive Latine minus gnaros fuisse, Græcam autem lingvam omnes calluisse. (4) Quia alias nobis de *ἀποθενία* hujus Evangelii non constaret. (5) Quia nulum ap. veteres scriptores de Latino Evangelio extat vestigium, præterquam ap. Damasum, (cc) qui tamen Autor fabulosus, ineptus & erroribus plenissimus est, adeoque nullam fidem meretur. (6) Hujus rei argumento etiam est ipse contextus Græcus, si quis ipsum paulo curatius expendit. Si enim Latinus fuerit Originarius Marci textus, unde Marc. VI. 27. *σπικυλάτωρα*? Quis unquam ita Græce reddiderit vobabulum spiculatorem, cum in promptu foret in glossis *δορυφόρον* qua voce vel gemina saltem aliqua Latinum illud commodissime reddi posset. Conf.

Conf. pluribus *Joh. Millium*, (dd) quam elegantissime hac de re differentem. (7) Prob. etiam firmissime ex testimonio antiquitatis, idioma primigenium Græcum esse. Sic namque Hieronymus: (ee) de novo, ait, loquor testamento, quod Græcum esse non dubium est, excepto Apostolo Matthæo, qui primus in Judæa Evangelium Christi Hebraicis literis edidit. Idem expresse docet Augustinus: (f) Matthæus, [inquit] Hebræo perhibetur eloquio scripsisse, ceteri Græce. Idem fuit communis veterum & recentiorum sensus, ut Isidori Hispalensis, Christiani Druthmari, Jac. Chrysopolitani, aliorumque, ceu ipsi adversarii tenentur affirmare. Vid. de la Haye, (gg) Kitzelmann, [hh] (8) Est nova saltem opinio sine ratione & autoritate gravi, quapropter etiam ex ipsis Pontt. suos socios relinquunt & pro idiomate Græco militant. Producamus in scenam ipsorum coryphæum Bellarminum: (ii) quicquid de hac re sit, satis constat, Latinam veterem, ut vulgatam editionem, iam Matthæi, quam Marci, ex Græca editione translata. Hujus & puduit eruditum Jansenium ap. Sam. Basnage, (k) cujus verba hic adscribere non piget: Baronius putat, Marcum Romanis scripsisse Romana i. e. Latina Lingua Evangelium suum, cujus autographum Venetiis in thesauris Marcianis adservari voluit: & hoc dicit claris verbis textus Syriacus in fine Evangelii. Sed omnes antiqui scriptores alicujus note videntur sentire, quod scripsit Græce. Ludov. de Tena (kk) communem sententiam ait, Marcum Græce scripsisse. Et Martin. Martinez, [mm] errorem dicit, Marcum Latine scripsisse. Idem & statunt Ant. de Escobar & Mendoza, (nn) Rich. Simon, (oo) Bernb. Lamy, [pp] aliique. Vid. pluribus Majus, (qq) Kortholt. [rr] Quapropter etiam Menochius [sr] judicium suum suspendit, nec, Græcene, an Latine scripserit, satis constare putat. Ut quamplurima alia hac vice argumenta pro idiomate Græco pugnancia taceamus. Conferat, si placet, Philomec. Dñs lector ampliter hac de materia agentes, textumque nostrum Græcum vindicantes, Wolzogenium, (ti) Sixtum Senensem, [uu] Maldonatum, (xx) Ottium, (yy) Andr. Magendum, (zz) Heideggerum, (aaa) Leusdenium, (bbb) Casaubonum, (ccc) Sam. Basnage, (ddd) Müllium, (eee) Walcum. [fff] Ex nostratibus Friedlibium, [ggg] Calovium, (hhh) Gerhardum, (iii) Waltherum, (kkk) Glassium, (lll) Pfeifferum, (mmm) Calixtum, (nnn) Centuriator.

viator. Magdeburgens. (ooo) Dorſcheum, (ppp) Grapium, (qqq) Pritium, (rrr) Majum, (sss) Jo. Henr. Michaelem, (ttt) aliosque. Junge adhuc his de Veil, (uuu) F. W. Raumsaufen, (xxx) Miſſon, (yyy) Ut hac vice ſicco pede prætereamus diſſentientium argumenta, quæ nullius fere roboris eſſe videntur. Vid. de iis proluxe Leuſdenius, [zzz] Voërius, [aaaa] Baſnage, [bbbb] Cornelius à Lapide, [ccc] Major, [dddd] Jutigiſius, [eeee] Priſius, [ffff] & omnium inſtar immortale gloriæ decus, Dn. D. Dorſcheus, (gggg) Dn. D. Grapius, [hhhh] qui ſolita dexteritate & erudite ita contriverunt adverſariorum rationes & averruncaverunt, ut noctuas eſſe oporteat, qui ad tam claram lucem adhuc cæcutiunt. Cæterum confer plures, qui deſideras, autores jamjam magno numero citatos. De Marco, an Hebraice ſcripſerit, quid ſentiendum, vid. Diſſertatio noſtra. (iii) Firmum itaque ratumque manet, ut ut blaterent adverſarii, Marcum noſtrum primitus Græce ſuum Evangelium, quicquid etiam Cornelius à Lapide, (kkkk) alique, utramque ſententiam conciliare ſtudeant, compoſuiſſe, quod hæcenus argumentis nonnullis ad oculum ſatis demonſtravimus atque evicimus.

(a) lib. de Pontif. Rom. in vita Petri. [b] T. I. Annal. ad ann. 45. n. 39. ſqq. B. C. ſq. p. 353. ſq. [c] T. I. Controv. l. 2. de V. D. c. 5. & c. 7. p. 24. it. c. 15. p. 32. Col. Agripp. 1628. fol. [d] Comm. in S. Scriptur. T. II. argum. in Ev. Marci p. 973. fol. (e) T. I. bell. de P. p. 197. [f] Comm. ad Harmon. Evang. T. I. l. 1. c. 19. p. 31. (g) l. c. p. 573. [h] d. l. lib. 4. c. 86. fol. 74. (i) l. c. q. 2. §. 2. p. 599. [k] c. 29. p. 123. ſqq. [l] d. l. n. 14. ſq. p. 4. (m) libr. Chronograph. (n) l. 6. ſtagell. Judeor. c. 80. & l. 8. c. 62. [o] in Apparatu. [p] Annor. 3. & 9. ad S. Scriptur. [q] in Ev. Marc. p. 517. [r] in Vit. Ev. IV. in vita Marc. l. c. n. 10. p. 35. & n. 10. p. 13. (s) in Jſagog. [t] Præfat. in N. T. Syriaci Latin. verſion. (u) Serm. de S. Marco, (x) l. c. p. 572. (y) d. l. p. 482. ſq. [z] d. l. §. 7. p. 16. ſq. (aa) in carmine quod. Vid. in Opp. p. 467. (bb) Exerc. 16. ad Annal. Eccleſ. Bar. ann. 34. n. 185. p. 603. Genev. 1654. 4. Conf. de autore hoc. Diſſert. noſtra cit. Sect. IV. q. VI. not. b. p. 48. ibique allegati fontes. [cc] l. c. Conf. de eo & judic. B. Glasſii in Phil. S. l. 1. tr. 4. Sect. II. p. 327. [dd] in prolog. ad N. T. l. c. p. 13. Quo in libro per 30. ferme annos elaboravit, at in lucem edito, vix per 14. dies fuit ſuperſtes. Vid. Nov. Liſer. German. d. anno. 1708. M. Aug. p. 281. (ee) Præfat. in IV. Ev. ad Damas. T. III. Opp. p. 29. ſq. (ff) T. IV. Opp. l. 1. de Conſenſ. Evang. c. 2. p. 372. [gg] c. 29. d. l. p. 123. [hh] d. l. §. 7. p. 16. [ii] de Scriptor. Eccleſ. p. 34. [kk] in Exercit. Hiſtorico-Crit. ad ann. 41. v. 18. p. 396. Lugd. Bar. 1644. 4. (ll) Hæ-

gog. T. III. diffie. 6. (mm) Hypotypof. I. 1. c. 6. (nn) l. c. Vol. I. c. III. Observ. proem. n. 32. [oo] in *Histor. Crit. N. T. P. I. c. 10. §. 1. sqq. p. 129. sqq.* & versione nupera Gallica N. T. ad Marcum. (pp) in *Apparat. ad Harm. Evang. in Praefat. c. 6. p. 56. Paris. 1699. 4.* (qq) in *Exam. H. C. N. T. l. c. p. 130. (rr) Dissert. de Var. Script. Ed. p. 71. [ss] in Ev. Marc. p. 76. (tt) T. I. Opp. l. c. p. 453. [uu] Biblioth. S. I. I. Sect. I. p. 21. (xx) Praefat. in Ev. p. 7. Mogunt. 1596. fol. (yy) l. c. p. 352. [zz] in *Anti-Baronio sive Animadvers. in Annal. Bar. c. 63. p. 110. Amstel. 1675. fol. [aaa] l. c. n. 6. p. 469. sq. & c. 1. l. 3. v. XI. p. 438. sq. (bbb) in Philol. Hebr. Graeco dissert. 18. p. 142. sq. [ccc] Exercit. 15. ann. 33. n. 12. p. 306. (ddd) l. c. p. 395. sq. [eee] d. l. [fff] in *Ev. secund. Marc. p. 350. (ggg) Proleg. special. ad Evang. in Theol. Exeget. N. T. p. 2. ed. Sund. 1649. fol. [hhhh] in System. LL. Theol. T. I. c. 4. qu. 32. p. 739. ed. Witteb. 1675. 4. & in Critic. S. diatrib. 7. §. 2. p. 211. sq. Witteb. 1673. 4. Conf. de his, quae diximus in *Dissert. nostra cit. Sect. I. §. 2. p. 11. not. ee. [iii] in LL. CC. Theol. Loc. de S. S. p. 96. ed. Hamb. fol. [kkk] in Officin. Bibl. repos. I. §. 96. p. 78. Qua de vid. judic.ia, eorumque fontes in *Dissert. nostra Sect. IV. §. 3. p. 41. not. k. [ll] in Phil. S. I. I. tr. 4. Sect. II. p. 327. ed. noviss. Conf. de utilissimo hocce libro *Th. Crenius in Animadvers. Historico-Philol. P. I. c. 4. §. 2. p. 55. & de libr. scriptor. opt. & utilis. p. 30. Job. Henr. Hottinger. lib. 1. Thesaur. Phil. c. 2. qu. 4. p. 187. [mmmm] in *Crit. S. c. 3. qu. 9. p. 63. sq. Lips. 1678. 8. [nnn] in Proleg. ad Harmon. Evangel. p. 3. [ooo] *Cent. I. l. 2. c. 10. p. 476. B. (ppp) l. c. p. 482. sq. (qqq) d. l. §. 5. (rrr) l. c. c. 21. §. 6. p. 285. sq. (sss) in *Exam. Hist. Crit. p. 129. sqq. [ttt] in *dissert. de textu N. T. Graeco. Hala Magdeb. 1707. §. 7. p. 12. sq. [uuu] in *Explic. Ev. sec. Marc. (xxx) de Eccles. Coptic. c. 4. [yyy] *Nouv. eau Voyage d'Italie. Vid. A. E. L. 1692. p. 302. [zzz] l. c. p. 143. sq. [aaaa] *Dispp. Select. P. V. problem. 14. §. 40. p. 30. [qq] *Ultraj. 1669. 4. [bbbb] l. c. p. 366. [cccc] l. c. p. 574. [ddd] in *Exam. H. C. N. T. c. XI. §. 7. p. 135. (eeee) *Diss. de Patrib. Apostol. Biblioth. Patr. praeniss. §. 3. p. 5. sq. (ffff) l. c. p. 124. [gggg] d. l. p. 482. sq. [hhhh] in *Colleg. saepius laud. §. 6. & 7. [iii] de *Christ. à cognat. ob estaf. recent. Sect. I. §. 2. p. 11. not. u. [kkkkk] d. l. p. 573.******************

§. VIII. *ubi & quando autem hocce Evangelium scriptum sit, quod adhuc ex circumstantiis externis attendendum venit, paucis dispiciendum erit. Sed vero hic iterum omnia factis perplexa, & nihil certi de iis ferme consignatum reperimus. Alii & fere omnes probabiliter locum esse referunt Romanam, quorum in censum referendus Hieronymus, (a) Eusebius, (b) Nicephorus, (c) Clemens Alexandr. (d) Athanasius, (e) Theophylactus, (f) Petrus Damianus, [g] Euthymius, (h) Alexander, (i) Sophronius, (k) Beda, [l] Baronius, (m) Huertius, (n) Winckelmannus, (o) Conf. de la Hays, (p) Castilio, (q) Kirstenius, (r) alii. Refer & omnino hic omnes*

omnes illos, quos §. antec. citavimus. *Alii* volunt, locum scriptionis fuisse *Ægyptum*. Sic inter alios existimat *Chrysofostomus*, (r) *Cedrenus*. (t) Et qui forte sunt alii. Cui & concinit *Rich. Simon*, (u) dum valde sibi probabilem opinionem *Chrysofostomi* videri ait, nec dubitat, quin respexerit illud principium sæpius à se inculcatum, quod Apostoli, eorumque discipuli toti fuerint occupati tantum in prædicando Evangelio, de scriptione autem nunquam cogitaverint, nisi precibus Auditorum commoti fuissent. Dein & autumat, *Chrysofostomum* facillimo negotio cum aliis Patribus conciliari posse h. m. fi dicatur, *Marcum Romæ* fidelibus Evangelium suum, tanquam *Petri* interpretem, primis vero in *Ægypto* Christianis ut *Apostolum* vel *Episcopum* tradidisse. Sed rectissime observat *Dn. D. Majus*, (x) utrumque parum probabile videri. Quis enim credat confictam *Simonis* regulam ante oculos habuisse *Chrysofostomum*? Quis unquam persuadere sibi patietur, *Marcum* diversas sustinuisse personas ap. diversas nationes? Ex suo forte ingenio vario virum sanctum judicat *Simonius*, qui sub multis nominibus fictis passim latere noluit. Quapropter etiam sibi ipsi non satis fidens *Simonius* mox fatetur, nil certi, nisi generatim tantum, affirmari ea de re posse, cum nulla suppetant certa monumenta, ideoque haud mirum esse, quod *Patres* in ejusm. quæstionibus facti à se invicem dissentiant. Conf. *Magnif. Dn. D. Grapius*. [y]

- (a) in *Catal. Script. Eccles. T. I. Opp.* p. 268. & ep. 150. qv. 11. & *Comm. in Marc.* præfat. p. 87. *T. IX. Opp.* (b) *T. III. Opp.* l. 2. c. 15. p. 31. & c. 14. & l. 3. c. 13. l. 6. c. 11. [c] *T. II. Opp.* l. 2. c. 45. p. 139 & c. 15. l. 2. p. 106. & lib. 4. c. 33. [d] in 6. lib. *Disposit.* & in fin. *Commentariol. in prior. Ep. Petri.* [e] in fin. *Synops.* [f] *Argum. in Ev. sec. Marc.* p. 97. (g) *Serm. de Marc. ap. Sur. de Prob. Sanct. Vir. T. II.* p. 323. (h) *Proæm. in Marc.* (i) in *Actis Barnab.* (k) ap. *Theophyl.* in 4. *Ev.* p. 186. (l) in *Collectan. & lib. de sex etatib. mund. in Claudio.* [m] l. c. n. 29. *D. p.* 349. [n] in *Dem. Ev. propos.* 9. p. 526. c. 137. n. 6 [o] *Comment. proleg. in Marc.* p. 2. [p] in *App. Ev.* c. 31. p. 137. sq. [q] in *Bibl. Sacr. argum. in Ev. Marc.* p. 58. *Franc. 1697. fol.* [r] l. c. n. 8. p. 35. (s) *T. II. Opp. Hom. 1. in Marc.* p. 12. [t] in *Compend. Historiar. in Claudio.* [u] in *H. C. N. T. P. I. c. X. p.* 107. [x] in *Exam. H. C. N. T. c. X. p.* 124. [y] l. c. §. 4. p. m.

§. IX. Eundem in modum & de tempore scriptionis controvertitur inter Doctores, *Theophylactus*, (a) quem alias plurima

ma Chronologicorum pars sequitur, putat, Marcum X. anno post ascensionem Christi scripsisse. Claudii Imp. 3. anno Chr. 45. Theophylacto autem jam prævit *Eusebius*. (b) Sic & MSti codices (c) notant X. post ascensionem Christi, Claudii III. æræ vulgaris quadragesimo tertio. Adstipulantur & *Eurhymius*, [d] *Cædrenus*, (e) *Isidorus*, [f] *Beda*. [g] Conf. *de la Haye*. (b) Idem & vult *Baronius*, (i) qui & citat Chronicum *Eusebii*, in quo nulla fit mentio hujus ætatis. Vid. *Lamy*. (k) *Alii* anno 4. imperii Claudii Cæsaris post ascensionem Christi XII. Vid. *Seldenus*, [l] *Kirssenius*, [m] *Lud. de Dieu*. [n] *Alii* tertio Claudii anno & 13. post mortem Christi. Sic *Tirinus*, [o] *Biblia Moguntina*. [p] *Alii* VIII. anno. *Alii* post C.N. 63. Vid. *Illustr. ac Reverendiss. Dn. D. Mayerus*, (q) Patronus noster omni honoris cultu perpetim colendus. *Alii* aliter. Cui volupe est plura hac de re cognoscere, ablegabimus ad fontes in *Dissert. nostra* proluxe citatos. [r] Quibus & adhuc addi potest *Dn. D. Grüenberg*. [s] Nobis placeat omnino illorum sententia, qui putant, nihil certi de tempore scriptionis constare, adeoque merito in dubio relinquendam esse. Vid. *B. Calovius*, [t] *Gerhardus*, [u] *Förterus*, [x] *Rich. Simon*, (y) aliique. Scite etiam doctiss. *Valesius* (z) scribit: Si hac in re antiqui Patres inter se dissentiunt, cum de sacrorum Evangeliorum scriptione nihil certi habeamus, nisi quatuor tantum esse & à 4. autoribus scripta. Quo autem tempore & quam ob causam scripta sint &c. parum constat.

(a) l. c. in *Ev. Marc.* p. 97. & in *Enarrat. Ev. Matth.* p. 1. [b] vid. *Dn. D. Grapius* in *Colleg. Hæg. Bibl.* c. 2. §. 10. (c) teste *Rich. Simon* in *H. C. N. T.* l. 1. c. 10. De codice illo Evangelior. Copto, qui itidem tempus scriptionis subnexum habet, vid. *Steph. le Moine* ad *Var. Sacr.* p. 120. sq. & *Guil. Bonjour* in *Monumentis Copticis sive Egyptiac.* *Biblioth. Vatican.* Rom. 1699. p. 29. Conf. *Grapius* l. c. [d] *Proëm. in Marc.* (e) in *Compend. Histor. in Claud.* (f) *lib. 5. Etymol.* c. 39. ætat. 6. (g) *lib. de 6. ætatib. mundi* in *Claudio*, (h) l. c. c. 32. p. 142. sq. [i] *T. I. Annal. ad ann. 45. B. p.* 349. n. 29. (k) in *Apparat. ad Harm. Ev. Præfat.* p. 58. (l) *de Jur. N. & G.* l. 7. c. 12. p. 887. [m] l. c. n. 8. p. 35. [n] *Comm. in Marc.* p. 240. ed. in 4. [o] *Comm. in S. Script.* Tom. II. *Argum. in Ev. Marc.* p. 973. sq. (p) in *Ev. Marc.* p. 51. [q] in *Timotheo* sive *Instit. Theol. P. I. de Script. S. qv. 15. p. 88.* [r] l. c. *Secf. I S. 1.* (s) in *Colleg. Bibl. Oeconom.* in *N. T. bic* §. 6. (t) in *Bibl. Illustr. N. T. T. I. p. 141. & 520.* [u] *Loc. 1. de Script. S. c. 9. n. 244. p. 96.* [x] *Tom. 6. Bibl. German. hic* p. 291. (y) l. c. [z] in *Annotat. ad Euseb.* p. 94. Conf. & *Heidegg.* l. c. p. 471.

§. X. An vero Marcus noſter fuerit *epitomator* & *abbreviator* *Matthæi*, ſive, *an Evangelium Matthæi, in epitomen, ſive breve aliquod compendium redegerit?* Et heic non immerito quæſtio inſtituitur, eo quod variis in controverſiis ſua utilitate non deſtituitur. Equidem non diffitemur, multos celeberrimos viros, eorumque maximam partem communiter affirmative reſpondere. Vid. inter alios & ex Angliſ *Anton. Coulan*, [a] Paſtor Londinenſ. Verum enim vero nos in ea ſumus opinione, nunquam illi fuiſſe in animo de abbreviando Evangelio Matthæi, ut haud deſint magni nominis autores, exiſtimantes, à Marco ne quidem id viſum fuiſſe, & nunquam inſpectum, cum ipſe ſuum ſcriberet. Argumentis quamplurimis theſin noſtram facile ſtatuminare poſſemus, niſi à viris celeberrimis dudum factis ſuperque jam præſtitum fuiſſet. Quapropter ne actum agere videamur, huic rei non amplius immorabimur, ſed fontes tantum hac de re ſelectiſſimos relegendos indicabimus. Videantur de celebri hac quæſtione *Chryſoſtomus*, (b) *Heidegger*, (c) *Calvinus*, [d] *Dodwellus*, (e) *da Sylveira*, (f) *de la Haye*, [g] *Flacius*, (h) *Majus*, [i] *Grünenberg*, (k) & omnium prolixiſſime, ſolidiſſime & elegantiſſime *Joh. Millius*, (l) *Dn. D. Zach. Crapius*, (m) & *B. Dn. Caſp. Hermann. Sandhagenius*. (n) Addatur adhuc, ſi & placeat, Diſſertatio noſtra. (o)

[a] *Exam. Hiſt. Crit. N. T. P. II. Ep. 12. a. 1699. Gall. ed. A. E. L. 1697. p. 35.* Vid. *Tob. Pfanneri Amœnitæ. S. Scripturæ in explend. ed. Francof. & Lipſ. 1698. 8.* [b] *Homil. 3. in Matth. T. II. Opp. p. 35.* [c] in *Enchirid. Bibl. lib. 3. c. 3. n. 5. p. 463.* [d] *Argum. in Evangel. [e] Diſſert. 1. in Ireneum p. 39.* [f] *Comm. in text. Evangel. T. I. Proœm. in text. IV. Evangel. c. 4. p. 4. n. 15.* [g] in *Apparat. Evangel. c. 54. p. 200. ſq.* [h] *Præfat. in Ev. Marc. p. 134.* [i] in *Exam. H. C. cap. X. §. 5. p. 126.* [k] in *Colleg. MS. Aſcetica-Exeget. ad Marcæ Evang. [l] in Proleg. ad N. T. p. 12.* [m] in *Colleg. Bibl. Iſagog. c. 4. §. 8.* (n) in *Erſtes Zehen Theolog. Sendſchreiben* darinnen unterſchiedl. Dertter der *Schrift* erklæret werden / im *Erſten Sendſchreiben* an *M. Joh. Henr. Koch* à p. 1. -- 65. *Schleſwig 1692. in 12.* Vide hujus viri *elogia* apud magnum *Fechium in Præfat. ad Dorſch. Comm. in IV. Ev. præmiſſ. lit. m. & Dn. D. Pritium in Introduct. in N. T. lect. c. 15. §. 15. p. 149.* [o] *l. c. 1. Sect. I. §. 3. p. 12.*

§. XI. *Autoritatem Divinam* pariter ac *Canonicam* & hujus Evangelii copioſe ut probemus, non opus erit, ſiquidem ea vel nobis tacentibus, partim ex internis illis criteriis, partim ex



encomiis Marci, partim ex perpetuo omnis Christianæ Ecclesiæ consensu indubitato conitat. Equidem non negandum, à nonnullis fuisse dubitarum de Marc. XVI. 9-- fin. Vid. *Leusdenius*. (a) Inde etiam in nonnullis codicibus, testante *Hieronymo* (b) non reperiuntur. Quapropter etiam Cardinalis *Cajetanus* (c) docet, ultimum Marci capitulum non esse solidæ auctoritatis ad probandam fidem. Quem tamen severe reprehendit *Baronius*. (d) Et omnino, quemadmodum de aliis multis, sic & de his pericopis ob rationes plane levissimas, quæ & mox expirarunt, dubitarum. Vid. *Albiferus*, (e) *Calixtus*, (f) *Vossius*, (g) *Lamy*, (h) & *Commentatores* hic passim. Quare & utique his versiculis sua persistat authenticitas, ejusdemque sunt antiquitatis, ac Evangelium Marci ipsum, prouti solide probat *Dn. D. Zach. Grapius*, (i) & quos citat, *B. Gerhard*. [k] *Rich. Simon*. (l) *Conf. & Grünenberg*. (m)

[a] in *Philol. Hebr. Græc. Dissert. III. Sect. I. p. 15. sq.* [b] in *Epistol. ad Hedibiam* (c) vid. *Grap. l. c. §. 9.* [d] in *Annalib. ad. ann. Chr. 34. n. 184.* [e] in *Harmon. Evangel. p. 1010.* (f) in *Concord. Evangelior. p. 246. & 384.* [g] in *Harmon. Evangel. p. 178.* [h] in *Comm. in Harm. l. 4. c. 9. p. 328.* (i) *l. c. §. 9. Add. & c. 1. §. 13.* [k] in *Harm. p. 2078.* (l) in *Hist. Crit. N. T. P. I. c. XI. p. 117. sqq.* [m] in *Colleg. Bibl. Oeconom. in N. T.*

§. XII. Denique *insigne* hujus nostri Evangelistæ quod concernit, non una eademque est Eruditorum sententia. *Angustinus* [a] Marco nostro assignat hominem. *Irenæus* (b) ei tribuit aquilam. Aliter *Hieronymus*, [c] qui leonem ei adjungit. Atque hæc sententia tantum ubique est adepta applausum, ut communis merito appellari possit, quippe cui favent *Atanasius*, *Ambrosius*, *Victorinus*, *Sedulius*, *Glossa ordinaria*, *Baptista Mantuanus*, *Selneckerus*, *Cornel. à Lapide*, *Lubinus*, aliique, Theologi æque ac Philologi. Ast quoniam instituti nostri ratio non permittit, & alii viri celeberrimi jam ad faciem usque hanc materiem tractarunt, nolimus pluribus de insignibus hic agere, sed cupidum lectorem potius remittimus ad auctores, ex professo & solide hac de re agentes, quales sunt *B. Dn. M. Jac. Thomasius*, (d) *de la Haye*. (e) *Add. & Joh. Henr. Ursinus*, (f) *Carol. Arndius*, [g] & prolixè pretiosus *Dn. D. Grapius*, [h] ibique magna ferie passim citati. De *scriptis reliquis*, quæ præ-


præter hancce historiam Marco attribuntur, ut *vita Barnabe*, Apostoli & consobrini sui, quam Beda latine transtulit, it. *liturgia* Græce & Latine, aliaque plura, quæ literarum monumentis mandaverit, nihil certi annotatum reperimus, quin potius incerta & falsâ esse pronuntiamus. Quocirca & illis, ne nimium Dissertatio nostra excrescat, diutius inhære nolumus. Interim vid. de his *Dn. D. Grapius*, (i) *Sixtus Senensis*, (k) *Phil. Labbe*, [l] aliique. Add. & hic *J. H. Heideggerus*, [m] & *Celeb. Dn. D. Jo. Albert. Fabricius*, (n) ibique contrâ citat.

(a) *T. IV. Opp. fol. 374. l. i. de Consens. Evang. c. 6. & T. IX. f. 278. tr. 36. in Job. [b] l. 3. adv. Hæres. c. XI. p. 187. (c) T. III. Opp. fol. 16. l. 1. adv. Jovian. T. V. f. 77. Comm. in c. 1. Ezech. T. XI. fol. 5. præm. in Matth. [d] in Disputatione de Insignibus IV. Evangelistar. Lips. 1667. (e) in Appar. Ev. c. 26. [f] in rariss. Sacror. Analect. vol. alt. l. 1. n. XI. p. m. 14. sq. ed. Franc. 1660. 8. [g] in Colleg. Histor. Liter. select. Usib. Theol. & Philof. instr. Sect. XII. qu. 3. p. 31. (h) in Colleg. Isag. c. 2. §. 5. Add. & Calov. Bibl. II. T. I. p. 8. Pritius l. c. c. 14. p. 133. sq. [i] in Colleg. Isag. c. 4. §. 10. (k) in Bibl. S. l. 2. p. 84. [l] de Script. Eccles. Dissert. T. II. p. 49. ed. cit. 8. [m] in Enchir. Bibl. lib. III. c. 30. n. 13. p. 670. [n] in Codic. Apocryph. N. T. P. I. p. 314. & p. 983. ed. Hamb. 1703. 8.*

## EPILOGUS.

Atque hæc etiam de præsentî nostro themate pro modulo ingenii dixisse sufficiant. Nos vero illi, cujus gratia freti incepimus, finem Dissertationi imponentes, devotissimas nostras persolvimus grates, & pro gratiosissima sua adfidentia, cui & nos & nostra studia porro commendamus, sit **Nominis ipsius ter sancto LAUS, HONOR ET**

**GLORIA !!!**



AB: 153 137

ULB Halle 3  
003 898 784




VD 18


56.

R

WAT







B.I.G.

Farbkarte #13

CXXXIV ~~74~~ 9  
DISSERTATIO HISTORICO-CRITICA  
DE

# EVANGELIO S. MARCI,

QUAM  
ASSISTENTE DIVINA GRATIA,  
CONSENSU AMPLISSIMI PHILOSOPHO-  
RUM CONCILII,

PRÆSIDE  
M. HENRIC. CHRISTOPH.  
SCHNERINGIO,

VISSELHOEVEDA - VERDENSI,  
IN ILLUSTRIS ACADEMIÆ GRYPHICÆ AU-  
DITORIO PHILOSOPHICO

D. XI. JUN. A. O. R. MDCCX.  
PUBLICÆ AMICÆQUE ERUDITORUM VENTILA-  
TIONI EXPOSITURUS EST  
RESPONDENS,

HENRIC. MATTH. VVACKENRODERUS,

RUGUS,  
S.S. THEOL. ET PHILOSOPH. STUD.

GRYPHISWALDIÆ,  
Typis CAROLI HÖPFNERI, Reg. Acad, Typogr.